XXIIII

APOLOGIA EQVITIS LVDOVICI PETRVCCI CONTRA CALVMNIATORES SVOS.



VNA CVM RESPONSIONE ad libellum à Iesuitis contra Serenißimum

LEONARDVM DONATVM Ducem VENETVM promulgatum.

Oratio ad finem
Emblemata et poemata.



Alla Serenissima Regina Anna, &c.

Oh! risplendente più d'ogni altra stella.
Non pur figlia è sorella
Nascer d'un Re, ma sposa è Madre ancora,
D'un ch'amato è dal ciel, ch'il Mondo adora;
Son cose, ch'a pensarui a parte, a parte,
Empion d'alto stupor Natura, & Arte.
Quind'è, che questa Dea,
Nuoua immortal, Guinon, Palla, e Citrea,
Giamai vedra la fossa.
Quind'è, ch'altere le Britannee squadre,
Trionfan ch'Anna sol chiamar si possa
Figlia di Rè, Suora, Consorte, è Madre:
Onde a ragion sopr'ogni Alma felice,
Voi sete vna FENICE.



O quæ inter stellas resplendes luna minoris,
Nobilis egregii non solum filia Regis,
Sed Soror, diui cognus, genetrixque futuri,
Quē mundus celo missum veneratur ab alto,
Hęc stupet ars, natura silet, rubicunda pudore
Et repetens varias miratur singula partes.
Hæc equidē hanc nostrā Iunonem stirpe decora
Cyprigenam forma referentem Pallada mente,
Eripiant diuam fatis cœloque locabunt.
Hæc inter lætas effert gens Anglia turmas,
Gestit Regina solaque triumphat in ANNA,
Natâ, Germanâ, Sponsâ, Regisque Parente.
Ante alias igitur fœlix potes ipsa vocari,
Et sola existens, alia, sine compare *Phenix*.

Dialogo

Dialogo sopra le tre Piume del Serenissimo Carlo Gran Britan Prencipe.



Pereg. *Che son queste tre Penne?*

Ing. *Del Guallo arme, e Cimiero,*
D'ogni Christian guerriero

Pereg. *E per qual cagion tre?*

Ing. *Non sol perch'ei sia Re*
Di tre Regni felici, ma pe'l pondo
Che de i tre scetri haura di tutto il mõdo

Pereg. *Perche d'albo colore?*

Ing. *Perche dentro, & di fuore.*
Risplender sempre in lui chiaro si vede
Il Candor de la Fede.

Pereg. *Perche di struzzo ancora?*

Ing. *Come ſpezza e diuora,*
Lo ſtruzzo il ferro, tal'ei ogni impreſa
Dis truggerà, de la Romana Chieſa.
Pereg. *Perche in corona chiuſe?*
Ing. *Per che Febo, e le Muſe,*
Con Palma eterna, e corona immortale,
Voglion che lieto al ciel diſpieghi l'ale.

Ad Sereniſſimum Principem *Carolum, &c.*




Pereg. Dic cuius plumæ? *(Ang.)* ſunt Wallica Principis
Chriſtaque qua Chriſti militat arma gerens. (arma,
Per. At quorum tres ſunt? *(Ang.)* Tria poſthæc regna
Et partes mundi tres habiturus erit. (tenebit.
Per. Candidus & quare color eſt? *(A.)* quia ſplendidus
Subniueo fidei pectore Candor ineſt. (illi
Per. Cur has feruiuoras dat Auis? *(A.)* velut iſta volue-
Ferrum, ſic Romæ conteret ille minas. (ris
Per. Cur tenet has Diadema? *(A.)* pater quia magnus A-
Maioreſque nouem ſic ſtatuere Deæ. (pollo
Vt viridi cinctus lauro, æternaque Corona,
Aurea ſecurus tendat ad aſtra viæ.



Le destre in giro, d'oro incatenate,
Che stringono vn collar di cane, insegno
Di fedeltà, che de la fede inpegno
Suffriscan da gli acumi, esser passate,
In cerchio, sonche in un sempre addunate,
Tutte d'vn cor fat'hom fermo disegno
Per la Regia prosapia, Chiesa, e Regno
Pria *morir, che restar di sè macchiate.*
O ben felice quattro volte e sei
Gran d'ogno Rè, ch'una corona tale.
V'orna il Priuato, *di gran* Simidei.
Ma più feltci voi ch'altro immortale,
Cesar *v'impera, e che gli huomini, e i Dei,*
Confessan che non hebbe in mondo equale.

Ad Illustriss. & Excellentiss. Priuatum Concilium
Magnæ Britanniæ *Cæsaris.*



Aurea quas cingit, cœlo demiſſa catena,
Arma gregis vigili collaria nexa moloſſo,
Transfixa ſtringunt dextræ ſtatuuntq; Latinæ
Bella canina lupæ, domino canis inſtar amorẽ,
Circulus has claudit, cuius ceu voluitur vllo
Circuitus ſine fine: vnam ſine fine pudicam
Et Regi, Fideiq; fidem Regnoq; vouerunt,
Duraq; ſata prius quam turpẽ admittere labẽ.
O Regem interea te terque quaterque beatum,
Numina quippe velut cœleſti cuncta Tonanti
Semidii tibi, Semi-Ioui, dum conſulis, adſtant.
Et mage vos illo felices omine, quorum
Dignatur ſummus rerum moderamine *Cæſar*,
Cui ſimilem non vlla tulit, non proferet ætas.

Nel

All'Illustriss. & Eccellentiss. S. Carlo Zerotino, *Capitaneo* Prouinciale della Morauia Prencipe, &c.



Nel Tiremo il Nocchier perduto a i santi
Ricorre, e al gran Motor l'Alma meschina,
Nel paturir l'alta Madre Lucina
Donna pur chiama in agnosciosi pianti:
Corono al cibo tuti gli Animanti
Al'hor che piu la fame vegli inchina.
Gli assetati a la fonte piu vicina
Al' Albergo più miglirr gli afflitti erranti:
Et sio Nocchier perduto, & neufragato
Anima afflitta, pauida e tremante
Moribondo di sete, & affamato.
Al'estremo ridotto, e in penetante
Ricorro al più magnanimo e preggiato,
Illustrissimo Heroe che verso cante.

Carmina




Super Leonis omne quod cernis caput
Ex læta Olympi desuper venit domo
Indignum operibus præmium licet tuis
Vnde æstuandi tibi pietatis graui
Flamma. ac in alto monte stabilito velat
Morauia primum clara contribuit locum

Quanto sopro il Leon l'occhio discopre
Lieto mandaui il Ciel, quantumque poco
Conueniente premio, al merto e al'opre
Onde nel trino vn monte ardendo in foco
D'ogni eterna virtude, e Religione,
Dauni a Ragion Morauia il primo loco:



ILLVSTRISSIMIS & excellentissimis Dominis suis,

Reuerendissimo Domino GEORGIO ABBOT Archiepiscopo *Cantuariensi*, *Domino* FRANCISCO BACON *supremo Angliæ Cancellario*, *Dominoque Comite* Pembrochio *magno Britanniarum Regis Camerario, magnoque Academiæ Oxoniensis Cancellario dignissimo, &c. ac Patronis suis misericordibus, suæque nunc desertæ calamitatis ærumnarumue pro veritatis causa beneuolis Protectoribus in sempiternum colendissimis.*



SI verum sit (Heroes prudentissimi) quod inuictissimi *Aiacis* fortitudo victa olim atque superata fuerit ab eloquentia *Vlyssis* facundissimi: qua ratione nunc fiat vt infœlix, ingenii sterrilissimi, inermis, pauper, solus, nudus, & mancus miles vndequaque feris rabidissimis atque serpentibus venenatis circundatus, & in barathrum planè solitudinis & infimæ conditionis detrusus, contra tot robustissimos Aiaces, atque Vlysses versutissimos victoriam non dico aliqua ex parte reportaturus sit, sed vel ab eorum viribus fraudibusque tantummodo securus euadere possit. Certè (Excellentissimi Domini) quamdiu brachium fortissimum, gratia singularis

gularis, ſummus fauor, eloquentia facundiſſima, atque aurea ſecreta potentia Antichriſti mira coruſcatione oculos perſtringunt, atque inde in calamitatum mearum ſtatum oculos conuerto, & in abyſſum infœlicitatis meę vnà animi aciem configo: præ horrore quidem miſellæ huius vitæ, manus & brachia contremiſcunt, in calidioribus venis ſanguis congelatur, immo & quaſi frigore rigeſcit, (tot licet inuolucris circum-ſeptum) cor, tantæque oboriuntur intellectui meo tenebræ, vt in marmoream veluti ſtatuam conuerſus planè ſine ſenſu, ſine mente maneam. Verum cum ad Heroicam prudentiam & plenam miſericordiam bonitatemque Dignitatum veſtrarum ſummumque candorem ſuſpicio innocentiæ meæ, tuto conſcius: non vſquequaque ſpe deſtituor, filiam illam Dei potentiſſimam veritatem in locum demum proprium, ſtatumque priſtinum reſtituendam fore. Ad quem quidem immortalem fauorem non auſus eſſem ſupplicans accedere, ſi non compertum atque exploratum haberem hæreditarium veſtrum morem eſſe non tantum ſupplices vobis deuotiſſimos alacriter protegendi, ſed ſæpius etiam per iuſtitiam atque charitatem eos ſubleuandi, quos vix antea videritis nedum cognoueritis. Quocirca ſi maior quàm par eſt tibi mea viſa fuerit audacia, aliqua ex parte in illam humanitatem quæ vnà vobiſcum nata eſt culpa conferatur, demumque in ferinam eorum atque impiam naturam, qui per ſeptennium perſonati prodeuntes in cauſa fuerint quod cauſæ meæ veritas ſereniſsimæ Regiæ Maieſtati nondum innotuerit: Ne grauemini itaque (per diuinam pietatem rogo) in hanc meam publicam manifeſtationem quæ ad neceſſariam mei defenſionem iam in lucem prodit, oculos aliquantiſper conuertere, vt veritas multis adhuc incommodis debilitata releuetur

auſpicio

auſpicio ęquitatis illorum Dominorum, qui diuina omni atque morali virtute reſplendens exemplar cęteris ab ipſis etiam incunabilis extitiſtis. Dignentur modo Excellentia veſtra per charitatem Chriſtianam in protectionis veſtræ ſinum recipere hanc meam præſentem operam quæ coram vobis audacter nudam ſe ſiſtit: non in alium finem, niſi vt res meæ obſcuræ fortaſsis & hominum conſpectu indignæ, clarè demum omnibus atque verè appareant. Qua in re non erit vobis (ſpero) difficile perſpectam vobis ſemel cognitamque cauſæ meę integritatem honeſtatemque ſupremæ etiam Maieſtati commendare: quę veluti ſol iuſtitiæ atque bonitatis ſuę radios diuinos tam infimis quàm ſummis impertit. Cęterum ſi à naturali iſta veſtra conſuetudine alienatę benignitates veſtræ non opitularētur ſolitudini & paupertati contra dicendi vim, & contra ſummam gratiam: ſi apud Excellentias veſtras ponderata eſſet cauſa diuitiarum non veritatis: ad quem ego omnium hominum miſerrimus & infœliciſſimus confugerem? An ad genetricem meam? at illa religionis cauſâ benedictionis loco maledictionem in me ſæpius congeſſit. An ad conſanguineos & affines meos? vtinam, o vtinam non eſſent illi paratiores ad auferendam miſellam hanc vitam quam ſubleuandam; vtinam dico eadem cauſa eos amicos non inimicos fuiſſem expertus. An ad Remp. Venetam (cui quidem plurimum debeo?) ita ſanè fortaſſis, ſi non illa Pontificis Rom. gratiam & amicitiam pluris faceret quàm ſalutem aut exiſtimationem meam, quippe quæ Religionis ſtatuſque ſui magis interſit. An ad Imperatorem? verum ille nouem ab hinc annis ſeruitium meum in bello Hungarico expertus me Pontifici Romani in manus tradere in mente habuit, nunc vero quoniam in bello Cliuiæ Principis Brandeburgenſis Rodulphus.

 atque

atque Naiburgensis partes sum secutus mihi infensior est redditus. An ad magnum Hetruriæ Ducem? qui cum ego in Venetorum gratiam contra Papam libello infami responsum dedissem (hinc lachrimæ!) per equitē Coloredum egit apud Cæsarem vt in ipsius potestatem venirem. An ad magnam Mariam de Medicis, Austriacam, Reginam Galliç, Papç Iesuitisque deuotissimam, quæ Catholicam & Christianissimam se nominari gloriatur? An ad magnam Coronam Hispaniarum, qui se generalem Ecclesiæ Rom. propugnatorem & defensorem profitetur, eoque titulo (Rex Catholicus Romanus) inprimis gaudet? vbi igitur? in bello aut præsidio aliquo degere, vt vallem istam lachrymarum honorificè militando transirem? vbi gregarius aliquis miles aut auro Pontificio corruptus, aut Bacchi œstro percitus possit (vt in aliis temporibus conati sunt) me vitâ per proditionem exuere. An in clientelam alterius alicuius Principis Protestantis in locis transmarinis me reciperem? si nullum locum incustoditum video, in quem securè nauigare tutoquè in terram descendere liceat, neque enim in propriis ædibus huius sanctissimæ Maiestatis mihi omnimodam securitatem promittere valeo. Quid igitur mihi agendum restat? confugiendum tanquam ad extremum remedium (dicent forsitan aliqui) ad veniam indulgentiamque Papalem accipiendam: atqui hoc remedium ipso morbo peius est: nam prçter certam animç atque salutis iacturam, quanto etiam cum vitç discrimine, coniunctum foret, nemo non nouit, cui illud Pontificiorum axioma, vel fando, ad aures peruenerit, *Hæreticis non est seruanda fides.* Quocirca si (quod absit) destituerer patrocinio vestro non aliud mihi restaret faciendum quam promptè nudam ceruicem inimicis porrigere, vt sine aliquo obstaculo illico obtrun-

obtruncantes ad Papam ſupremum eorum numen deumque iubilantes atque triumphantes poſſent tranſmittere. Certè ſi ab incorrupta veſtra bonitate & iuſtitia repulſam paterer in ſummam quaſi deſperationem redactus non vererer dicere, quod in iſta immortali alma ciuitate, & fœliciſſimo regno (vbi nunc vera religio & omnis ſanctitas reſplendet) nihil amplius ſanctum aut ſyncerum inueniri poſſit. Certè vel apud veſtras Excellentias plus poterit nuda veritas, vel ea per eloquentiam & fauorem aliorum à vobis expulſa, non erit (vt puto) veritati aut æquitati in terris locus, in quo pedem poſſit figere. Sed quo tandem (ſtultè atque miſelle Petrucci) temeraria hac atque indigna paſsione victus atque obcœcatus prorupiſti? Poteſne tu igitur de benignitate, miſericordia, iuſtitia, & bonitate benigniſsimorum, iuſtiſsimorumque Heroum in parte aliqua ſuſpicans dubitare? Non certè (ſupremi Domini & Patroni) immo ſicut prudentiſsima & ſanctiſſima illa Cęſarea Maieſtas, alteros Heroicos Magnates, nec magis prudentes, nec magis ſapientes, nec magis idoneos, nec magis iuſtos, nec magis clementes, nec magis dignos, & denique excellentes in omni ſublimi actione & excelſa virtute, quàm illas veſtras Excellentias ad tantam dignitatem eligere potuiſſet: ita nec ego magis integros, magis benignos, magis pios, magis miſericordes, magis magnanimos, magis religioſos, vel denique magis excellentes Dominos, Patronos, Iudices, Defenſores, vel Protectores, mihimet ſperare aut optare potuiſſem. Verum cùm in mentem mihi veniat, quod à Dignitatum veſtrarum iudicio omnes meæ fortunæ, & fama & infamia, & honor & vituperium, decus, & dedecus, vita denique & mors omninò dependeant, cumque perſpiciam quod illa omnia quæ in hac ætate infiniti pœnę ſunt ponderis,

 illa

illa inquam omnia in hac causa aduersus hanc meam afflictam, derelictam, inuisam, odiosam, nihili habitam personam quasi vnanimiter combinata atque coniurata concurrant; minimè mirum videatur, si modo ad multidinem & potentiam aduersariorum meorum, modo ad solitudinem propriam resque ad nihilum redactas respiciens, multo magis quàm necesse erat suspicans aliqua ex parte timuerim. Quis enim est qui non horrescat (prudentissimi Domini) cum apertè viderit, quod non tantum summus fauor & summa eloquentia tot maleuolorum, tot aduersariorum tela sint in me strenua: sed quod veritatem causę meę vsque adhuc in puluere, & luto per terram raptatam & prouolutam tentant (auro secreto Antichristi) in obscurissimarum tenebrarum abyssum demergere. Quid videtur Excellentiis vestris illustrissimis? an solummodo hæc tria (id est, summus fauor, summa eloquentia, & aurum) non sufficiant hac tempestate, quæ album pro nigro, tenebras pro luce obtendant? & possint persuadere falsitatem pro veritate Nestori, Phocioni, Scipioni & Salomoni? & quod absoluta subterranea Papæ potentia non satis valeat per se efficere, vt timendo contremiscat *Hector* aut *Orlandus*, quanto magis iste qui sit mancus & semimortuus homunculus? Non tamen ignoro quales rumores spargant nonnulli hæc & similia creberrimè obtrectantes; Quid loqueris tu fera, rabida, & pestifera lingua de Antichristo & Papa? Ipse Rom. Pontifex, & totius mundi Monarcha est, cui data suprema fuit potestas in cœlo, in terra, & inferno, non vacat, neque illi est otium, vt de te cogitet, non ante te nouit, non visa & inuisa facies; immo ne nomen ad aures ipsius sanctissimas peruenit: altiora captat, ne quidem monstrosum aliquem vermiculum in fece terræ, vt tu es, aspicere, aut cogitare: quoniam

Aquila

Aquila non capit muscas. Bellè quidem: at si sua sanctitas me nil respiciat, qua de causa factum est, quod cum in Patauia per inquisitionem incarceratus essem tanta cum solicitudine per quatuor annos continuos, per nuntium suum *Lofredum* id egit, vt putridum istum vermem Romam ligatum mitteret? Si me non nouerit, quomodo euenit, quòd tempore Pontificatus Clementis 8. cùm ipse *Paulus* 5. vnus esset Cardinalium de congregatione inquisitionis, á Dom. *Bichi* Episcopo Souanensi (nunc Cardinali) informatus, adeo promptè actam alacriter integram suscepit causæ meæ potectionem? Si nondum innotuerit ei nomen meum, quorsum per Gaetanum ipsius in Praga Nuncium, putridam istam terræ fœcem sibi tradi ab Imperatore postulauit? Si nullus sim, quapropter Iesuitæ & Papistę in bello Cliuiæ tot laqueis conati sunt me irritire ac demum præcipitem dare? Si nihili cadauer istud æstimant, quorsum Excellentem *Corrarum* Legatum Venetum (qui mihi fauorem & auxilium prestare pollicitus erat) eo adegerunt vt me pro derelicto habuerit? Si nihil posim, nihil valeam, quę causa fuit, quod aggressi sunt toties me à regno hoc securissimo expellere? Si me non odio prosecuti fuerint, qua de causa me à sinu piissimæ illius atq; benignissimæ matris Academiæ Oxon. (vbi sexennium per sanctos Dominos meos omnia opera misericordię expertus sum) tot calumniis, atque diabolicis machinationibus abstrahere tentauerunt. Quid plura? si omnes Aduersarii mei, absque timore diuinæ & humanæ iustitiæ, vltimum exterminium & vitæ, & famæ, & honoris minantur: & vnus de his, absque vlla verecundia aut pudore ausus est dicere, se ita efficere posse, & velle, vt nunquā publicam manifestationem meæ vitę in lucem edere possem: & iam per amicos, Dominos, & Patronos suos, contra

personam

personam meam talem relationem fecisse: vt non amplius à solita benignitate, summaque pietate & misericordia vestra, nec priuatam, nec publicam audientiam in futurum in futurum habiturus essem: quasi hereditarius mos Excellentiarum vestrarū pro omnibus semper non fuisset, ad secundam informationem auriculam vnam intactam, castam, & puram reseruare: & isti in manibus suis Deum, Regem, Consilium, Regnum, & Iustitiam totam haberent. Atque etiam audacter coram nonnullis arbitris, me absente ac præsente dixerunt: Non Generosum, non Capitaneum, non Equitem me fuisse: sed mimum, scurrilem, vagabundum, & deceptorem: Testimonia mea Comitis *Georgii Bastæ* Generalis pro sua Maiestate Cæsarea in Hungaria & Transiluania Benetti Taiaperæ Capitanei Generalis Venerorum in Creta & aliorum Principum ac Magnatum, apud quos in bellis & certaminibus, seruiens Maior, Eques, & Dux militum, cum omni fidelitate & deuotione, per lustra & lustra operam nauiui, (vbi à capite, fronte, manu, & pectore, strenuè militando sępius sanguinem effudi) suggillantes quasi mendicata, ficta, & falsa. (Nullus enim Impostor ex Italorum militum, lege (sub pœna vitę) sub aliquo vexillo militare potest: si hęc iure contra me probare potuissent, quare per tot lustra, in quibus bello operam nauaui, per bastas (secundum consuetudinem) me transire non curârunt?) Alter verò, duo testes falsi (ait) sufficiunt ad perditionem huius viri, quod si vulnus sanabitur semper cicatrix apparebit. Et vtinam, Papistę tantummodo, & nonnulli Bibliopolę (qui aliorum sagittę sunt) & non alii essent mihi aduersarii. At verò plures multo (inquam) plures ingruunt, instant, infestant hostes innumeri quidem ex omni ferè natione ac conditione, siue malè informati, siue decepti, siue

ſeu malè affecti, ſiue obſtinati, ſiue corrupti, ſiue falsò crduli, ſiue leuiores amici, ſiue inuidi & maligni, ſiue ſuapte natura & inhumano impetu moleſti, cuiuſmodi ſemper mihi multi fuerunt, adhuc ſuperſunt, nec vnquam deerunt: At verò Deus miſericors parcat omnibus, nec, vt ex inſto eius iudicio fieri ſolet, venenata maleuolentiæ ac maledicentiæ illorum arma in adamantinum hoc innocentiæ meæ pectus impacta retrorſum in eos adeo reſiliant, vt quibus furiata mente me vulnere mortali conficere moliebantur, eiſdem contra ipſimet nunquam curabili plaga ſaucientur; Idem quoque comprecatus nonnullis aliis, quos mihi populares, & (vt pręſe ferunt) Proteſtantes duplici vinculo cauſæ meæ tutioni obligatos credebam, cùm Ipſi (bonos enim illibatos ſummopere colo) contrà vel fulgore radiantis iſtius metalli obcæcati, vel ſuggeſtis malorum rumoribus leuius occumbentes, aut ſi non iſtis omnino, nec inhiantes etiam proprio commodo, nec mei immurentis inuidia perciti, at ſaltem panico veluti terrore perculſi vim, iram, & indignationem ipſius Antichriſti, ſtultè reformidantes, ſi non palam, ac clam certè apertis hoſtibus infeſtiores, & mala machinatæ fouent & etiam ipſi ſua machinantur; Quiſpiam fortè alius ore blando, patrante ferè oculo, quinetiam (cum iuuat) ſpecioſo leuamenti genere me vna ſalutat manu, altera veneratum telum obtectum parans, quo me incautum vno ictu & vita & fama ſpoliet. En En (Illuſtriſſimi Patroni) vnde tot lachrymæ, tot querelarum voces: iudicent Excellentiæ veſtræ, qua ratione balutiens iſte, dilaceratus, & defedatus homuncio cum tot potentiſſimis, ditiſſimis, facundiſſimis Oratoribus de vlla re concertet, qua ratione deſertus ille, ſolus, ſolis calamitatibus comitatus, cum hoſtibus innumeris, is idem inermis infortunatus, cum iiſdem fortunatiſsimis

 natiſsimis

natissimis & cateruatim tot amicis ac patronis vndique stipatis, iisque omnibus ornatissimis Dominis ac viris eloquentissimis, qui omni studio ac vigore suos aduersarios instigant, extollunt, ac defendunt, contendere audeat; (si defendere dicatur iniuriæ fauere, & maleuolentiæ per fraudem conniuere, vt oppressa veritate facilius sit inuidis omni iudicio quos libitum fuerit pessundare:) Hi enim de die in diem non modò minimas quasque actiones meas Aquilinis (quod aiunt) oculis configunt, sed calumniis, maledictis, & omnimodis lacessamentis me in aliquod malum, velut in occultam foueam precipitem trahere nituntur. Iam si intellexerint me tutelari aliquo Deo securum, videlicet alicuius Magnatis gratiam iniisse, cuius potentia & tutus fieri, & veritas meæ causæ facilius explicari palam queat: (Deus mi! quibus cum artibus, quibus præstigiis offascinant ac pertractant donec vel auersatum eius animum vel frigidum totum in rebus meis pernouerint. Ita ergo impiæ vel horum vel illorum mentes summa intentione hoc & nihil aliud agentes, vt me malis conficiant, dum semper & vbique continuo motu ad id feruntur, fit, vt minima quæque res, vel etiam leuior vmbra malorum portenta parturiat, & vndecunque præsentibus infortuniis obsideat: ex quo quidem iamiam mihi videor haud illi absimilis quem fabulantur Poetæ inter damnatorum turmas pœnas luentem, cuius capiti saxum ingens imminet filo tenuissimo (duntaxat) pendulum, quod suspiciens & quolibet momento casurum expauescens perpetuis terroribus plectitur: Quod si imminentibus minantibusque periculis occurrere putans de acceptis iniuriis quidquam (vel magis pio more & Christiano animo) conquerar

Astrææ

Astræa frenis vnum compescier optans,
Pullulat ex vno Lerna ferox capite,

Centumque & centum infestiores pro vno adoriuntur, ita vt sæpe reum me ac eius calumniis in inuidiam adductum esse: videam, quem & alios iudicio sistere & reos facere iustè poteram: Non quod quantacunque perpessus sim queribundus fuerim aut ad querimonias pronus, ab hoc enim me certè (si ita esset) satis deterreret aduersariorum summa apud omnes omninò gratia & potentia: qua sępe satis mihi obuenit, vt viderem quicquid ipsi vel in me, vel in alios perpetrassent, id quantumcunque esset vel summo silentio supprimi, vel ad nihilum vsque semper extenuari solitum: Contra si quid ego egissem, grauiter exaggerari & exacerbari, consputa terra, immane diluuium existimari, tussis expressa, Terrę fragor iudicari, verbum vnum aut alterum in mei defensionem prolatum, Plutonis boatus vocari, qui è centro terræ cum atro exercitu in vniuersam generis humani perniciem ascendisset. Quod omne per incredibilem nonnullorum potentiam effectum est, dum ita sedulo hostium meorum malitiæ indulgent, nec minori diligentia eorum facinorosæ voluntati obsecundant, quàm si in causa de propriæ vitæ famæque suæ discrimine ageretur: in conatibus & actionibus promouendis aurum & argentum profusius erogantes : sui amicorum, & consanguineorum vitam, honores, facultates effundere parati, nec de seipsis ita se cogitare patiuntur, vt meminerint quantò maiori nobilitate prediti sunt, eò minus sibi quidem istiusmodi conatibus fauendum, nedum operam adhibendam esse. Dum enim Iudicum aures obturare satagunt, ne secundæ informationi ac iustæ defensioni pateant, iura diuina humanaq; Deum & homines labefactant & offendunt, sicque non mihi tantam quan-

tam ſibi ipſis iniuriam & vim afferunt, obſcura offundentes nubila clariſsimæ ſuæ famæ, & nomini virtutum & præclarorum geſtorum ſplendori in omnibus aliis glorioſo, dum in hoc vno decepti ita iniuſtitiæ & iniquitatis partes tuentur. Tot itaque tamque aduerſis circumſeptus inimicis (o me miſerum!) tam arduis obicibus quocunque tendam impeditus, nunc ego quaſi omni ſpe deiectus, & nulla penè fiducia ſuſtentatus, ſed quanta poſſum humilitate proſtratus, ad fidem, integritatem, & miſericordiam Excellentiarum veſtrarum tanquam ad Aram ſanctiſsimam confugio, manentibuſque tum ex oculis cum ex ipſo corde lachrymis ſupplex obteſtor per viſcera Ieſu Chriſti, vt pro ſolita veſtra benignitate & iuſtitia nolitis in hac ipſius Chriſti cauſa manum veſtram ab hoc miſero capite demouere, nec (per Deum ipſum oro) permittatis, vt veritas viua ſepulta pereat, vel longius vis rationem ſuperet. Quandoquidem ad hoc vſque tempus vbique ferè niſi coram benignis Excellentiis veſtris, perpetuo depulſus ſum, ab ea quam efflagitaui audientia, nec poteſtas vnquam aut vſquam, mihi facta cauſa dicendi, ne illa cognoſceretur nec innocentia ab iniuriis, argentum à ſtanno, aurum ab auricalco, vel Alchimiæ ludis dignoſceretur. Ecce iacet miſellus Eques inornatus, miſer, deſertus, dilaceratus, quem tamen tot potentum iacula potentiſsimiq; ipſius Antichriſti non plumbea ſolum fulmina, ſed cuniculis innumeris inſinuata tormina, ſed gladii ſicæ venena, etiamſi puſillum dicant, oculis tamen intenſioribus, vt ſibi præfixam vindictæ ferocis metam conſectantur. Ecce (inquam) iacet hic manus ſarcæ præſidium implorans, Ecce prouoluitur ad genua ſupremorum Dominorum ſuorum, Iudicum ac Patronum tanquam ad inuiolatum Aſylum (præſertim dum longius recedens

Regiæ

Regiæ Maieſtatis ac decus Regiæ proſapiæ lumen, & illuſtrium eiuſmodi Magnatum ſplendore nobis affulget) nec inde reuelli patiar, gratiam, auxilium, tutelam humiliter ac deuotè captans. Orator veni, propitienter Excellentiæ veſtrę vt Exorator diſcedam, & exauditus pii voti cõpos fiam: iamq; comprecor vt Veſtra imprimis ope, Veſtraque opera veritas ipſa & æquitas (toties, Antichriſti maximè furiatis conſiliis & machinamentis tot modis offenſa turbata, deturpata) tandem gloriosius in hoc ſplendidiſſimo ac feliciſſimo Regno recreari poſsit, ſtabiliri, ſedemque figere. Propterea ſummo cœlo vobis maneat immortalis gloria. Ego verò Excellentiis veſtris in perpetuum tantæ benignitatis ergo addictiſsimus votis faciendis pręcibuſque fundendis aſsiduus pro ſumma eorum proſperitate occaſionem omnimodam captabo reliquum huius meæ vitæ, tantorum tam Illuſtrium, tam magnificorum & heroicorum Senatorum obſeruantię, cultuique dicatus, ita impendendi, vt ne minima quidem fidei ac diligentię meæ pars in hoc pręſtando officio deſideretur. Augurari interim liceat Excellentiis veſtris illam à cœlo fœlicitatem, quam cum omnibus Veſtris deuotis ſeruis in Chriſto fidelibus, Anglia tota augurando exoptat

*Excellentiarum Veſtr*m

Humillimus & deuotiſsimus ſeruus,

Infelix Eques Ludouicus Petrucci.

GEORGIVS BASTA, *Comes Sacri Romani Imperii in Hust & Marmoros,&c. Gubernator & Capitaneus generalis pro sua Maiestate Cæsarea in Transiluania: & supremus Locum-tenens in exercitibus Hungariæ.*

E*Ques Ludouicus Petruccius natione Senensis à Petiliano*, aliquot iam annos militauit pro sua *Maiestate Cæsarea* in istis bellis Hungariæ sub præsidio nostro inter peditatum *Allemannicum*, primum in *Regimento Comitis de Salma*, postea *Colonelli Ferdinandi Kolonitsch*, vbi exceptus est loco & stipendio *Capitanei*. Quo seruitio durante in omnibus, quæ oblatæ sunt, occasionibus, semper honorificè se gessit, præbuitque se militem strenuum, & benè meritum, sicut ex testimoniis prędictorum *Colonellorum* apparet. Ideoque in testimonium ipsius meritorum, nos etiam pręsentibus hisce literis comitatum voluimus, quę subscriptę erunt manu nostrâ, & Sigillo nostro maiore sigillatæ. Datum Pragę septimo die Martii Anno 1607.

G. Basta.

Ferdinandus de Kolonitsch Baro... & Idewspurg, Consiliarius Belli, & Colonellus peditatus Alemanici pro sua Maiestate Cæsarea,&c.

Q*Vum D. Ludouicus Petruccius Eques, natione Senensis, à Petiliano*, per decretum *Consilii bellici* à sua *Celsitudine* Serenissima confirmatum, meruerit in nostro Regimento, vsque ad dissolutionem ipsius, vir Nobilis, & Capitanei locum assecutus: quumque in omni occasione se verum Equitem & Militem monstrauerit: nos quidem ipsius virtutem maximo semper in pretio & existimatione

matione habuimus, videntes apertè ex rebus gestis, non modò longam experientiam quam habet in scientia militari, sed etiam erga suam Maiestatem Cæsaream fidem & deuotionem integerrimam. Comperto itaque ex his & multis aliis rebus ab illo præclarè gestis, cum honorifico quouis munere dignissimum esse, & cuiuscunque Principis gratiam iure mereri præsentibus hisce literis comitatum voluimus: Testificantes omnibus personis & Officiariis belli, nullum genus esse seruitii bellici, quod de ipso non possint sibi iure promittere. Precamur itaque omnes & singulos, vt liberum ei transitum concedant omnemque fauorem & auxilium præstent, quod quidem nos gratissimum sumus habituri. In cuius testimonium erunt pręsentes nostrâ propriâ manu subscriptæ, & solito maiori Sigillo sigillatæ. Datum in Vienna Austriæ 28. Septembris 1606.

Ferdinando de Colonitsch.

Nos benedictus da ca Teiapiera per Serenissimam Dominationem Venetorum, Capitaneus, Generalis Cretæ, &c.

QVandoquidem in tempore huius nostrę pręfectionis cognouimus *D. Ludouicum Petruccium Equitem*, & se fortiter gessisse, & in arte militari fuisse ęquè expertum ac fidelem in seruitio Publico, cum locum adhiberet Seruientis Maioris ad Spinam longam, & cum illi id oneris imponeretur vt superuideret excauationi portus, & in tempore huius quo retinebatur seruitii, tanta fidelitate & deuotione operam nauasse, quanta conuenit & expectari potest à fideli seruo huius Serenis. Reip. idcirco cõuenienter nobis visum est, postquam munus nostrum ad finem peruenit, cum præsentibus nostris eum comitare, quę illi sint in testimonium de dignitate suarum

rum

rum rerum gestarum, per quas iudicemus illum dignum gratia Suę Seren. & suorum Consiliariorum Vicegerentium.

Datum in Creta primo die Martii 1603.

Benedictus da ca Tapiera. Cap. Gen.

Constantinus Gliegiropili Cancellarius.

Nos Wolfgangus Gulielmus, per Dei gratiam Comes Palatinus ad Rhenum, Dux vtriusq; Bauariæ, Cliuiæ, Iuliæ, & Montium, Comes Veldensis, Spanhemiensis, Marchiæ, Rauensbergi & Mœrsensis, Dominus in Rauestan, &c.

ATtestamur, atque fidem facimus, quòd cum Eques *Ludouicus Petruccius* proposuerit reuerti in Italiam, ad inseruiendum Sereniss. Reip. Venetorum, ob id, quòd sit ignarus Germanicæ & Gallicæ linguarum, nec propterea in hisce prouinciis pro suo merito promoueri possit, nec per nouem menses, quibus Aulę nostrę adfuit, quantum venerit ad Nostram notitiam, quicquam quod honesto viro indignum commiserit vel perpetrârit: Petiit à nobis vt harum rerum testimonium ipsi sub Sigillo, & manus subsciptione largiremur. Nos petitioni ipsius tam æquę annuentes non potuimus denegare. Testamur igitur, atque fidem facimus, quod nobis in iis quibus cura ipsius vsi sumus, fideliter inseruierit, atque vocationi suę satisfecerit. Rogamus ergo ac requirimus ipsi concedi & dari tutum & securum discessum atque iter, nec fieri ipsi aliquod obstaculum vel impedimentum. Quod erga omnes & singulos, cuiuscunque dignitatis sint, prout decet pro personarum qualitate recognoscemus. Nostris vero pręcipimus & expressè iubemus, quàm chara ipsis sit gratia nostra, vt ipsi liberum abitum atque iter, quantum in ipsis sit, pręstent, nec in

quouis

quouis loco nostri Imperii, impediant vel disturbationem inferant. In cuius rei fidem ac testimonium hisce subscriptionibus Sigillum nostrum inprimis mandauimus. Dusseldorpii in loco nostrę residentię, 14. Iulii Anno Domini 1610.

Wolfgangus Guilielmus.

Ex Insula Comar ad Illustriss. & Reuerendiss. Iacobum Serram nunc Cardinalem eo tempore Commissarium Generalem Clementis 8.

Quid rerum in castris fiat, quę formula belli,
Optassem scriptis, Domine, vt sis certior istis:
Incubat ast ovis Gallina, & messis in herba est.
Strennus est hostis, numeroso milite diues:
Nos numero pauci, veriti qui figere gressum
Fossę extra vallũ, tam parua potẽtia nostra est.
Sępe *Colonnizus* tamen ęuo grandis, & audet
Gratianus Valacusq́; suis excedere castris;
Teutona quos sequitur, cum qua *Wallonica* turba.
Qui si fortè (cadat prius hoc precor omẽ in hostes)
Artibus inducti vafris *Afrisq́;* perirent,
Et spes resq; simul nostra & *Germana* periret.
Ergo ego certè acies optarem iungere nostras,
Et nostras vnire vnà cum milite vires,
Auxilia aut optem: vetus hic exercitus hęret.
Nec bene progressus faciet releuamine dempto,
Inque locis aliis ne coniectura pericli,
Queis *Basta* inuigilat, *Christi* metuendus *Achilles*.
Austriacas multum miror, stupeoque Baronas
Non magis his studeant quod sese accingere rebus:
Quin alios miror, spreto hoc queis cętera curę.

C Turca

Turca vt *Strigonium* crudeli deuoret ore
Sollicitè incumbit, *Castello Hungarica* turba
Consedere nouo: qui nos, heu, nostraque rident.
Subsidia expectat nostro de milite quisque,
Non secus ac pullus Gallinæ paruus in ouo,
Nec tamen vlla mali miseris medicina paratur.
Quod nisi magne *Pater*, *Rector*, cœlique solique,
Tu propè digneris propriã interponere dextrã,
Omnis subsidii spes intermortua languet.
Tu nos aspicias animoque, oculoque fauenti,
Et nobis simul & nostris benedicito gestis,
Si mihi sic liceat tandem valedicere vobis,
Me tibi commendo, Domino Te, meque potenti.

Litera Illustriss. Iac. Serra, nunc Cardinalis, eo verò tempore Commissarii Apostolici pro Clemente 8. in Vienna ad Eq. Lud. Petrucci.

Illustris Domine,

Accepi literas tuas rhythmico conscriptas, quibus prosa oratio mea responsura est. Parum enim familiaritatis mihi cum carminibus intercedit. Ad rem quod attinet, nos etiam agnoscimus necessitatem, sed plusquam facimus, pro præsenti facere non possumus. Intellexit forsan D. V. infortunium equestris apparatus *Radulphi*. Cautè idcirco fecisti quòd in Regimento Peditum ire voluisti. Quòd si cum equis profectus fuisses, Deus nouit an amplius carmina composuisses. Qua de re tecum gaudeo cum videam te tam cum Marte quàm cum Apolline felicem. Deus D. V. conseruet, & omni consolatione dignetur. Mihi vero gratissima semper quælibet occasio futura est, in qua possim vobis inseruire. Vien. 20. Octobr. 1605.

Vestra D. omnibus officiis dedítiss. Iacobus Serra.

Car-

Carmina Authoris ad excellen. Franciscum Soranzum Legatum Venetum in Praga.

Itala torpescit, potatque obliuia virtus,
Virtus immenso quondam benè cognita mundo.
Lubrica vicinum nescitque Hungaria luctum,
Lubrica, sed veteri semper fidissima Baccho.
Nunc opus est, lapsisque negat succurrere rebus
Imperium qui grande tenet, maiusque requirit
Gallica gens, olim castris & puluere nota,
Nunc cupit in tepido resupina recumbere nido.
Magna licet Papæ solertia posse videtur
Ardentes mulcere animos, & iungere dextras,
Haud tamen ex omni fugit vulpecula corde.
Hinc ouat, exultatque canitque inamabile Monstrum,
Ibit & Hesperias gladio minitante per vrbes,
Et dabit ingentes, prohibent nisi numina, luctus,

Litera Illustriss. & Excellentiss. Fran. Soranzo Legati Veneti apud Cæsarem in Praga, ad Equitem Ludouicum Petruccium.

Dignissime Domine,

Maxima cum delectatione Carmina vestra composita perlegi: placueruntque, quibus ipsa ostendi, vniuersis. Plurimum valet & armis & calamo (quod multis haud facile est) Vestra Dominatio. Quod quidem congratulor, ipsi pro qualibet occasione paratus inseruire. Dominus Deus noster D.V. ex omni affectu meo salutatum conseruet. Pragæ, die 17. Octobr. 1605.

Magnificæ Dominationis V. vt frater studiosiss. Fran. Soranzo.

Literæ Illustriss. & Excellentiss. Cardinalis Dietrichstain, tunc temporis Generalis in Morauia, ad Equitem Ludoui. Petrucci.

Illustriss. Domine,

Quia militibus ambages minimè conueniunt, breuem dabo responsionem perurbanis Dominationis Vestræ literis ad me scriptis. Vosque Reuerendissimo SERRÆ quantum scribendo possumus, commendatissimum facientes, valdè cupimus quicquid Vobis abundè satisfacere poterit effectum. Gratias insuper agimus pro opera vestra in laudibus meis describendis collocata: quanquam amoris potius affectum, quàm sincerum & perfectum iudiciũ videamini ostendere. Si quid aliud in V.D. benficium possim facere, faciam libenter. Secundet Dominus V.D. in campo Scaliz. August. 12. Anno 1605.

Vestræ Dominationis studios. Card. Dietrichstain.

Libellus infamis contra Sereniss. Leonardum Donatum Venetorum Ducem ab impiis *Iesuitis compositus.*

1

Donatus Cantalicii, in Italia, vt Lilius apud Angl.

AVdis *Donate* tu? nec tibi regula tandem?
Discutis, prodis schedis chartisque solutis?
Imperiumque suis integrum partibus olim,
In tenues micas, & frusta minuta secabis?
Tanta feres ne non sine fronte erroribus instes?
Et veluti spurco meretrix stans tramite pergas?
Sed mihi quid tecum est transfixo fulmine Papa!
Aut tibi non loquor hæc, aut te conuertere conor.

2

Nescio seu nullo diuino siue furore,
Afflatum credam (Princeps *Leonarde*) Platonẽ,
Cõdita nominibus cum poneret omnia nostris.
Ecce dedere tibi Leo nomen & ardeo, nempe

Vt male pręcipitans flamma serpente cremares,
Te patriamq; tuam (nam te patriamq; superbã,
Hic Leo significat Venetorũ insigne ferorum)
Accedens quem iam struxisti protinus ignem.

3

An quoniam Dux es confidis cornibus istis,
Nomen posse tuum numero te inferre deorum?
Hinc clamosa tuæ iactans opprobria linguæ,
Iustitiam laceras æquam, mundumque cruentas?
Ipse nec effugiet noctis lucisque Creator,
Dii tibi tonsorem donent (*Leonarde*) deæque
Quod Deus in terris *Paulus* regat omnia nefas?
Ista Deum verè monstrabit pręlia *Paulum*.

4

Alta quies Romã tenet illam Papa quietam,
Nulla Sacerdotum turbat discordia pacem:
Hos tu (si capias) noli vexare quiescunt.
Hic pueros speras? animos dat Roma viriles.
Scilicet interdum nostras peruenit ad aures,
Te fratres arctis sanctisque ligasse catenis
Pręsbyteros, tristique âlios iugulasse securi,
Heu quæ tanta tuam tenuit vecordia mentem.

5

Regnis Turca tuis dextra te priuat iniqua,
Tu tamẽ hunc Magni Domini dignaris honore:
Impium titulosque tibi qui detulit, illum
Imperione suo & titulis spoliabis honestis?
Hæreseos quis signa petat maiora: quis error
Quem Papę errorẽ à vero imposuisse Prophetę,
Et summũ mundi Dominũ contemnere maior?
Desine plura loqui, tibi claudat Bulla labella.

Fama refert (nec dum mēdax hęc fama videtur)
Nomine te priſcum *Donatum* & mente referre:
Sunt qui conſilium tibi ſuadent ſæpe vocandum
Vna vt peccato tecum ſe ſoluere poſſint:
At tu nil horum prudentia verba moraris,
Omnibus vnius lex eſt tua ſola voluntas.
Hinc te deuoueat tremebundis patria diris,
Atque oret ſuperos vt paſcas in cruce coruos.

7

Des nobis aurem patientem (nam tibi fauſte
Optamus) ſis iam mutata mente, benignam
Dente Theonino deſiſtas rodere matrem,
Nec ſemper motis Eccleſia turgeat iris:
Quin te compeſcas frænis, odioque reſiſtas
Surgenti ſero ne cogitat pœna fateri,
Extingui facilè, donec ſcintilla farilla
Parua latet, qui iam longè vaſtauerit, ignem.

8

Huc ades, & dictis animū prębeto benignis,
En arcana tibi reſero, retegoque ſecreta:
Vnquam ne hiſtorias & rerum ſcrimina noſti?
Qualis erat vita *Iulianus* Apoſtata, qualis
Morte erat, audiſti? talis tua, peſſime, vita
Tale tibi exilium promittunt fata futurum.
Nec dum, credo, latet quali lex cęde peremptus
Gallorum cecidit: vitæ tu conſule tandem.

9

Neſcio an vt iuſtum *Caiaphas* iniuſtum Ieſum,
Vt totam vnius ſeruaret ſangnine gentem:
Sit illius *Caiaphas* te occidat iuſtus iniquum,
Ne Venetos triſti diſperſos clade rideret.
Sed nemo vt Chriſtū, ſic te deflebit ad templū,

Dum

Dum Sathanas potius, tu, quàm dicaris Iesus,
Finem igitur tandem factis impone scelestis,
Nec finem imponat vitæ vindictæ scelestæ.

10

At tu securus: sat tu tibi prospius, inquis
Nulli sunt aliis, quibus est mens nulla, timores
Quin metuas, cœli facies irata supremi,
Vno te aspectu pallentes mittit ad vmbras.
Cures piè posthac iures sapiensque caueto,
Ne serò nimium sapias: resipiscere stultum est
Proposito tu forte tuo bene consulis: esto
Hoc non consilium disces non esse cerebrum.

11

Neruosa auxilium mittet tibi, Gallia certum,
Nostras mancus agit partes claudusq; *Philippus*,
Quam benè tu ludis? quam spe te ducis inani,
Nemo tibi prestabit opem, tibi nemo salutem
Imo te seruat, si desinit cætera, Surca,
Ille tuus Dominus: pedites equitesq; legentem
Illum adis ingenio quo sic cum nouerit iste
Cretam forte tibi, aut aliud dabit illico regnum.

12

Tu, qui ne Papæ cedas, tibi bella parasti,
Es velut infœlix alieni, debitor æris,
Qui magis exoptat tenebroso in carcere claudi,
Quum leuis exiguæ fiat iactura crumenæ,
Dum reus ex merito sceleris capitalis agatur.
Carcere qui nollet solui, nunc compede nescit,
Sed manibus vinctis sæuo à custode trahetur,
Carnificemq; trucem, populo ridente, subibit.

Desine Musa, sonos quid tandem fundis inanes?
Sic obduralem quem spiritus ipse monere
Nescit, ne spernes hunc flecti posse canendo.

Responsio

Reſponſio Autoris contra Papam ſecundum reformata Religionis dogmata, de Italico Carmine in Latino conuerſa.

Tu qui tam doctè normas,& dogmata calles,
Non mea facta tenes, ne tam florentia regna
In micas rupta & diſrupta in fruſta viderem,
Belligerum diſtrinxi enſem, paciſque libellum
Pax tibi *Marce* Euang. — Clauſi, nam *Paulus* Romæ Dęmoniq; gehennæ
Bella prò Venetum *Marco* indixère cruenta.

2

Aeternum regio iſta (Deo ſit gratia ſoli)
Mauri. — Vt peccata mali peccatula fugit Iberi,
Hæc ignara piè tellus non calluit artem,
Qua nimis inſtructi portam petiere Latinam,
Vna Hiſpanorum Romanorumque cohortes
Presbyterũ,dignoſque rogos ſibi iure parârũt.

Duodecim præsbyteri Hiſpani in Pontificatu Greg. 13. combuſti fuerunt pro Sodomia ad portam Latinam in Roma.

3

Haud mea robuſto, me cornu facta coronant,
Sola Dei nobis dedit hoc inſigne voluntas.
Ille dedit nobis vt nulla iniuria fiat,
Iuſtitia æquali perpendens omnia libra,
Quorum ſi Deus in terris modo *Paulus* habebit
Diuiſum imperium,monſtret belli exitus huius.

4

Aſt me de cœtu dimouit Bulla piorum,
Amplexuque ſuo Romana Eccleſia priuat:
Me miſerũ! quid agã? victus non ſuppetit vſus,
Quique mihi debet cibus eſſe,eſt vermibus eſca:
Corporis hinc macies, cùm,quem,nunquã inquinat error,
Supplicui & merito voluit me tanta ſubire.

Si regno

5

Si regno me Turca meo ſpoliauerit hoſtem,
Tanquam verè hoſtis me vi ſpoliauit & armis,
Non tacitè inſidiis, ſed bello vicit aperto,
Non me fraudauit per veri nomen amici,
Nec ſub prætextu pietatis hoc impius egit:
Illi hæc tuta licet via ſit vitioſa videtur.

6

Si nulla auxilii ſpe lactet Gallia, nullum
Incutiet nobis damnorum ſæua timorem,
Sed reliquos taceo, nam fraus me ſubdola verũ
Ipſa licet ſit falſa, docet: non hinc tamen horũ
Conatus metuo, ne dum mea regna, Cretamvè
Aut aliud facile Turcarum cede Tyranno.

7

Nomine Papa pater fortaſſe eſt, re tamen ipſa
Longè aliter ſe ſe monſtrat, nec ſi modo noſtri
Se veros Papæ in nouos numerare volebant,
Officiique pii cultum prębere paternum,
Deſineret pater illorum vel mitis haberi,
Qui ſe non fratres nobis geſſere ſed hoſtes.

8

Si mundi Rector totius totius illum
In mundi patrem poſuit, cur more paterno,
Dum malè tractatos, & nos noſtramq; libenter
Obtulimus cauſam, facilem non prębuit aurem.
Hiccine Succeſſor *Petri*, quia ſe malè durum
Oſtendit lapidem noſtris Petramque querelis.

9

Prętcrea non eſt qui nobis omnibus idem
Dum verbis ſurdum ſe reddidit Aſpida noſtris,
Illius ſolum precibus, cui ſæpe parere
Prę reliquis gaudet patienter accommodat aure

In rem nempe ſuam fieri, hoc debere videtur,
Sic qui rex regum fiet, ſit Papa miniſter.

10

Si nos ille fugat quid miri, quæſo, maliuè?
Mecænatum alium, ſi nos faſtidit, habemus
Incolumes cuius nobis licet eſſe ſub alis.
Nec tamen eſt quod non fœda contaminet illa
Hereſeos macula, quia nos prius expulit ipſe,
At cupidis vlnis expulſos Græcia capit.

11 (vſque

Quotcunque extremis ſunt regna à Gadibus,
Ad freta, quæ tranans mutatus *Iupiter* olim
Illuſam *Europam* taurino in tergore vexit,
Dudum Antichriſti donarunt nomine Papam,
Italiam præter ſolam, quæ ſi iuga collo
Excuteret Papæ Maieſtas tota iaceret.

12 (ples

Summe Deus, terras, cœlũ quisq; omnia cō-
Cumq; oculus totus fueris ſimul omnia cernis,
Et quæ iam patimur (quæ paſſurique ſubimus,
Diſperſi miſereſce gregis, miſereſce tuarum
Paſtor magne ouium, fractis ſuccurre piorum
Lætę animis, ignem iuſtis extingue paratum.

13

In carnem propera, teque ipſis fortiter aude
Iungere Presbyteris, iubeas aperire paternos
Papæ oculos, clauesne fractas, pallia geſtet
Combuſta, & merſam nauē cum retibus ipſam.

Hec

Hoc testimonium confirmat illud Reip. Venetorum & Principum Cliuiæ.

VVE whose names are vnder-written, do testifie, that at our being in the city of Dusseldorf in the Countrey of *Cleue*, in the moneth of April last past, there also was the Cauallier *Ludouico Petrucci* in the seruice of the Princes of Brandiburg and Nuburg, with two horses and one seruant: And there beeing also at the same time the Honourable *Thomas Contarini* then going from the Seigniory of Venice as Ambassador to the States of the Low-countries, hee was by the saide Ambassador, and some other Noblemen of Venice that accompanied him, knowing him to haue formerly serued the Seigniory in militarie affaires: In witnesse hereof we haue hereunto put our hands, the eighth of March, *Anno Dom.* 1610.

Iames Higgons, } both now dwelling in the
Tho: Stone, } city of London.

Ad Illustriss. & Excellentiss. Carolum Zerotinum *Capitaneum Prouincialem Morauiæ, Principem, &c. Liberum Baronem Rossi, &c.*

QVamuis minimè consentaneum sit, mihi homini Academico tam longè remoto, pariter etiam ignoto tanto Principi interpellare, siue otia, siue negotia, vicit tamen ornatissimi Equitis *Petrucci* importuna rogatio, instantissime petentis, vt per literas meas qu ntulęcunq; ei futurę sint, Excellentiam Vestram certiorem facerem, quanto illum apud nos in pretio, & existimatione habuimus. Quantaque semper adiuuando tam afflictas

fortunas suas, in Excellentiæ Vestræ bonitate, spem posuerit: Quem confirmauit mihi Doctor *Harmerus*, vir præclarus & doctus Celsitudine Vestra olim non ignotus, qui dudum obiit, & per literas suas in causa Nobilissimi Equitis *Petrucci* mihi familiariter scriptas, eucomonia Vestra honorifico testimonio celebrauit. Coactus tamen non absque bonorum virorum beneuolentia, & amore triennium & plus apud nos vitam degit: mecum verò biennium familiariter versatus est: qui per candorem viri, ingenuam simplicitatem, pietatem, charitatem, constantiam, & veram Religionem multimodis comprobatus præ aliis testari possum. Sed quoniam peregrinus apud nos, & non adeo notus, vt eum locum quem se dignum putet, obtinere possit: statuit tandem sibi viæ fortunam ad Excellentiæ Vestræ bonitatem, ad quam vt ad sacrum Asylum se peruenturum sperat: dummodo tutus ab hostibus suis (quos Religionis causa infestos habet) viam capescere liceat. Commendo igitur humanitati Vestræ Hospitis iam vestri, honorem, & vitam, quam antea adeo vobis charam, nunc in Christi causa neglectam esse non posse certè scio. Condonet mihi Excellentia Vestra audaciam hanc, quoniam extorquet mihi cor, tam digni viri, tam indigna necessitas: quod si pro solita Vestra benignitate, & magnificentia cum subuenire dignemini, gratum Deo, & honorificum Religionis opus facturi estis. Conseruet Deus E. V. pro bono Ecclesiæ suæ incolumem per multos annos.

Datum Oxoniæ die 20. *Augusti.*
Anno Dom. 1614 *stylo Anglicano.*

D. V. Illustr. & Excel.
semper addictissimus,
Robertus Abbot, Sacræ Theologiæ
Doctor ibidem Professor Regius.

Ad D. Redemptorem, in meam conuersionem.

POstquam incenſa radiis exarſit amoris,
Et mens inſolitas cepit caſtiſſima flammas,
In noua funeſti mutantur gaudia luctus,
Et tenebris ſplendor ſuccedit lucidus atris.
Sancte *Deus*! tandē ipſe tibi mea pectora ſacro:
Ipſe tibi has lacrymas, atq; hęc ſuſpiria mentis
Contritæ teſtes voueo, tua vulnera cernens
Irrita quæ miſeri fecerunt crimina Mundi.
Interea mea dum Variis mens anxia curis
Votorum luget phantaſmata vana ſuorum.
Redde precor veteri cito corpus inutile matri.
Vt contra antiquū dum pugno fortiter anguē,
In cœlis mihi prælustrem tua gratia palmam
Conferat, exigui precium immortale laboris.

Ad Sereniſſ. Regem IACOBVM.

Grande decus *Britonum*, miles fortiſſime *Chriſti*,
Sinceræ fidei columen, ſpes, ara, columna:
Qui Sanctas animas, Papę iuga dira peroſas
Protegis imperio, & felicia tempora donas.
Tu placidis oculis & quâ decet, optime Regum
Excipere infauſtum dignabere fronte clientem,
Qui datus *Angliacis* (& non ſine numine) terris
Hoſpes in ignota ſedem regione locauit.
Tu magè diuinis olim celebrabere cygnis,
Carmine mellifluo: vel qui moderatur *Apollo*
Theſpiadũm fontes, ſolus tibi carmina panget.
Aſt alii memores ſtulti *Phaëtontis*, & eius
Icarias qui fecit aquas, deſiſtere tantis
Cogentur cœptis, tuaq; inclita facta tacere.

Ad Sereniss. *Regem* Daniæ.

Fama immortalis ſuper æthera, purior ipſo
Æthere quæ ſplendet, Phœbeæ prolis, amare
Quam meritò cuncti pulchro certamine certãt,
Cui neq; *Mauortis*, nec deſunt *Palladis* artes:
Pectus in extincta ſic noſtrum accendit amoris
Flammâ, diuinam vt tentem dicere laudes.
Terret at infirmos radiorum ſplendor ocellos
Et nimis audacem cogit deſiſtere muſam,
Ne cadat in *Præceps* nimium ſublimia quęrens?
Sed tamen o Princeps, liceat mihi nominis, oro,
Exornare tui gemmâ radiante, libellum.
Et tu qui vitæ mundum ſplendore coruſco
Illuſtras, *Chriſti* nomen de nomine ſumens
Digneris vitam moriturę infundere chartæ.

Ad Sereniſs. *Reginam* ANNAM.

Sępe almum referente diem, noctiſq; fugante
Sidera *Lucifero*, ſacros mea *Muſa* calores
Excitat, hortaturque tuas percurrere laudes,
Quas meritò æthereis ęquari ſedibus optat.
At poſtquam ſubiit, mortali pectore ferri
Tam clarum non poſſe decus: ſic territus hæſi,
Vt qui *Gorgonea* viſo modo crine *Meduſæ*
Humanos ſolido mutaſſet marmore vultus.
Tum viſa è ſummo vox eſt mihi dicere cœlo,
Haud licet illius laudes attingere linguæ
Mortali, quæ ſola Deas ſupereminet omnes.
Te ſonus canat ille, ſuis qui mouerat *Orcum*
Carminibus, vel qui celſi tenet ardua *Pindi*,
Nec ſtrepat vlterius rauco mea murmurę *Muſa*.

Ad Sereniſs. Principem CAROLVM.

Suauiter *Eoo* ſurgentem cardine *Phœbum*,
Cantibus excipiant niuei per flumina cygni:
Et *Iouis* Armigeræ volucres plaudentibus alis
Sublimem per inane ferant, cœloque reponant.
Ipſe ego qui vepres inter dumetaque ſpinis
Aſpera, tranſegi lacrymoſum ſquallidus æuum,
Illum admirabor tacitè dum ſpiritus exul
Reddetur patrio, linquens mortalia, cœlo.
Nunc fari hoc vnum liceat, currentibus annis
Quantumuis redeant *Heroum* ſæcula, nemo
Dignior innumeris cenſebitur eſſe trophæis.
Quòd ſi vana meæ non ſint præſagia pennæ,
CAROLVS hic *Quintoq́*, & *Magno* maior, vtrũq;
Imperioque ſuo, & celebri cognomine vincet.

Al Sereniſſ. Prencipe CARLO.

Godin cantando i reſplendenti lumi,
De'l nouo Appollo *i Cigni, ei fulgoranti*
Augei di Gioue *pur lieti, e feſtanti,*
Tentin d'alzarlo fra i ſuperni Numi:
Ch'io deuoto, & humil fra ſterpi, e dumi
Iſpidi au vezzo, ogn'hor nutrito in pianti
L'ammirarò, fin che lo ſpirto ammanti
La mortal Salma, e'l gran Motor *l'aſſumi.*
Ben ſò l dirò, che in queſt'almo, e giocondo
*Seculo fra gl'*Heroi, *verun* Rè *ſia*
Più di Palm'e Trophei colmo, e fecondo:
Onde preſaga al men la penna mia
Sarà, che'l Quinto, *e'l* MAGNO, CARLO al mondo:
Non hebber tant' Imperio, e Monarchia.

Ad

Quâ matrem terram pater æther circuit,ausim
Dicere,non vnquam conuenit copula maior
Vel ſpecie, vel amore pari, vel mente,vel ore,
Daphnide vel claro, vel *Pallade* dignior alma.
Hinc ego venturam videor mihi cernere Prolē
Impia *Romani* ſternentem Idola *Tyranni.*
Hoc prædecreuit magni ſententia *Chriſti*,
Qui quod propoſuit,non erraturus adimplet.
Ducit feſtiuos nunc magna Britannia plauſus,
Regia progenies,& Curia læta triumphat,
Nunc ouat & populus, nūc toto corde Senatus
Gaudet,perque omnes *Hymenæus* curſitat vrbes,
Et cum diuino ſociatus cantat *Amore*
Fdlix Connubium *Fredericus* & *Elizabetha.*

Ad excellentiſſ. Principem MAVRITIVM,
Com. de Naſſau, &c.

Sæpè ego Magnorum memori dum mente reuoluo
Facta Ducum (nam facta Ducum, Dux,mente reuoluo)
Quos claros bello pepererunt ſęcula priſca,
Quoſque pares bello pepererunt ſęcula noſtra,
Tunc ſubit in mentem facundo *Tullius* ore,
Qui fertur patriæ benè proſpexiſſe ſaluti,
Curtius — Non minus ac armatus* eques,qui fortiter olim
Seque ſuumque abſcondit equum ſub gurgite vaſto.
Tunc ſubit & *Cæſar* nulli virtute ſecundus,
Nobilis Venetus — Et cinctus multis *Bragadinus* tempora ſertis,
Qui conſtans ſęuo fuit excoriatus ab hoſte.
Sed quum cerno tuæ facta immortalia dextrę,
O *Princeps* diuine,tuis ſua victa fatentur,
Tullius,& *Cæſar*, *Bragadinus*, *Curtius*, armis.

Ad

Ad Illustriss. Principem Carolum Zerotinum, Cap. Prouinc. Morauiæ, &c. in sua absentia ad Illustriss. Comitem Ogischium Seruientem Maior. General in Bohem. &c.

Vt miser *Hesperio* iactatus nauita ponto
Exclamat. precibusq; Deum Sanctosq; fatigat:
Vt mulier paritura, grauis cum venerit hora,
Eiulat, & timidâ: *Lucinam* voce precatur.
Vt sibi quæq; cibos quęrunt animalia grauos
Cum vacuus venter veluti latrare videtur,
Cum verò sitiunt, ad proxima flumina currunt,
Vtque etiam hospitio gaudet meliore viator:
Sic ego naufragium passus terraque marique,
Ipse miser, pauidus, tremebundus pectore toto,
Quē premit atra fames, & quē sitis arida vexat.
Deniq; qui tantis sum perditus vsque periclis,
Ad te confugio, Princeps dignissime, cuius
Virtus tanta nequit cantari carmine nostro.

In mortem Sereniss: Principis HENRICI.

Regia planta fuit, quæ colle virebat aprico,
  Fœlici modo flore beata:
Ex qua dum fructus orbis sperabat opimos,
  (Proh dolor!) O *Henrice* peristi.
Aut cœli potius tecta superuolans
Rupisti miseri vincula corporis:
  Vnde si crebras iterans querelas
  Voce lugubri, laceraque veste
Exuvias sine fine suas *Academia* plorat,
Gaudet in ęthereas animam tamen isse cateruas.
Tu lętare polo: namq; hic dum marmora durāt,
Carmina mille tuum celebrabunt aurea nomen.

In mortem Illustriss. D. THOMAE BODLAEI *Equitis Aurati, & Benefactoris munificentissimi publicæ Bibliothecæ nobiliss. Acad. Oxon &c.*

Olim (sic fama est) ingentis marmora molis
Partibus his, illisque, aliisque effossa *Quirites*
Conduxere, suos quibus ędificare Colossos,
Et statuas, altosque recuruis flexibus Arcus,
Ceteraque in triuiis opera ambitiosa solebant:
Nunc periere, iacētq; haud obseruata tenebris.
Auspiciis BODLEIVS erat melioribus vsus:
Dedicat ille sacris spatiosa palatia *Musis*,
Augusto celeres quæ tangunt vertice nubes:
Illud ab Occasu sese distendit ad Ortum,
Nititur & variis opus immortale columnis
Et *Phœbum*, *Phœboque Camœnas* continet omnes.
Ergo etiam tecto quicunque repostus in illo est,
Splendida Pyramidū vincet monumēta libellus.

Quid gemis? aut alto mittis suspiria corde?
Tandem mitte tuos *Academia*, mitte dolores:
Diuinus iamiam BODLEIVS ad astra volauit.

Angelicis commista choris, O nobilis vmbra,
Iam cane, iam lętare, tuosque attolle triumphos
En tua, vt *Eous*, splendet domus inclyta *Phœbus*.

All'Illustriss.

All'Illustrissimi & Eccellentissimi Signori il Reuerendissimo Giorgio Abbot Arciuescо Cantuar. degnissimo & Eccellentiss. Signor Guglielmo Herbert Conte di Pembrocchio Gran Cameriero, del Gran Brittan Re fidelissimo: Gran Cancelliero della nobiliss. Academia Ossoniense, &c miei Segnori & Patroni sempre colendissimi.

Questo (prud. Heroi) a ben che picciol segno, della debita osseruanza, & deuotion mia, verso l'immortal merito, di quella santissima, & immortalissima Madre, l'Eccellenze V. (che di quel diuinissimo Anfiteatro dui splendidissimi soli diuinamente operando giornalmente dimostransi) lo receuino con l'istessa mente, che presentato lor viene: & sia ciò in memoria della gloriosissima beata Anima, del Reuerendissimo Padre in Christo Roberto Abbot *Vescouo di* Salisburgh *degnissimo (mio Signore & Padrone benignissimo, sacro Mecena munificentissimo, della derelitta, & trafitta mia persona & fama, Protettore, & Propugnatore fino alla morte constantiss.) poi che dell'vna Eccellenza degno seruitore & fratello: & dell'altra Deuotiss. & fidelissimo, si è in vita sempre dimostrato. Accio che la verità viua sepelta, mediante l'Autorità vostre, nella causa di Christo alla chiara luce ritornar possa: Non graui all' E. V. in tanto dare per diuina pietà vna sola occhiata à questo necessario mio publico Manifesto: che se in luogo di quel felice Spirito in sua protettione restaranno, seruit e abbracciarmi: se non potrà la sterilità del mio ingegno compitamente ringratiarle, quel trino, & vno eterno Motore, che verun bene irremunerato lassa, saranne all'E. V. per me largo rimuneratore, con la felicità d'ogni loro piu preggiato, & glorioso pensiero.*

Dell'Eccel. Vostre Illustr.

Humilissimo & Deuotissimo seruitore, l'infelicis. Caualliero Lud. Petrucci.

Et habita coram Vicecancellario & nonnullis Doctoribus in priuato.

*Oratio * composita quando statui relinquere Academiam.*

QVod pius aliquis seruus filiusuè familias per longum & periculosum mare nauigaturus, præstare solet, vt dispositis iam mercibus, sublata anchora, distensis funibus, expansis velis, temone verso, postquam debitis amicis ac necessariis suis gratias rediderit, ad Deum Optimum Maximum humillimo affectu vota erigat: Idem mihi celeberrimæ huius Academię seruo & alumno (quamuis indigno at certè deuotissimo, non angusto modo hunc Oceani sinum nauigio transituro, verumetiam iter multo longius periculosiusque pedibus suscepturū faciendum censeo. Nimirum iam dispositis literarum mearum testimonalium mercibus, sublata cogitationum anchora, distensis rationum funiculis, veritatis velis expansis, versoque temone ad desideratissimum portum patroni mei Germanici, redditis quas possum amicis meis fautoribusque gratiis: ad te primum summe rerum omnium Creator humillimè confugio, cum spe firma & fiducia me sanctissimo tuo splendore, & virtute potentissima, veluti duce quodam fretum ac Cynosura, non Scyllam modo & Charibdim tuto pertransiturum, verum etiamque summo gaudio solatioque refertum, in suauissimæ huius nunquam satis laudatæ Academiæ sinum, denuo reuersurum. Porrò, vt filius ille aut seruus, soluto iam fune, dum nauis à Rectore circumagitur, nunc à prora, nunc à parte media nunc à Puppi amicos & parentes in littore prospectans, & hos & illos tenerrimo cordis affectu salutat, valeque vltimum velut inuito ore dicit, ac demum longè à terra prouectus, vbi verba iisdem, quibus vela ventis deferuntur, manu tamen linteolum aliquod aut galerum tenens, huc illuc circumvoluit,

voluit, ipso mentis affectu gestuque corporis non desinens valedicere: Ita ego in hac mea necessaria peregrinatione, præter patres colendissimos, matrem Academiam longè charissimam, amicos fratresque in Christo infinitos relicturus, primo ad vos reuerendissimi Domini, ac numina mea tutelaria me conuertens, velut è prora dolens acclamo. Valete mei benignissimi, prudentissimi, gloriosissimique Patres, quibus pro tot tantisque & pietatis & charitatis in me collatis beneficiis, idque in grauissimis meis infortuniis & miseriis, non potest debilitas ingenii mei, gratias quæ pares sint, referre, vnicus tamen ille supremus rerum Moderator Deus, pro me vobis abundè satisfaciet: & iam velut è media nauiculæ parte clamans Baliolensibus Wiccamicis & Exoniensib. ad vnum omnibus fautoribus meis doctissimis, pientissimis, benignissimis ex intimo corde suspirans valedico: demum ad puppem me conuertens omnibus rectoribus sociis, Nobilibus & Magistris Oxoniensibus supremum clamito, valete. Iam verò me colligens, animumque velut in prora mediaque & puppi, vno impetu figens, ad illustrissimum Viceeancellarium, totamq; Academiam, ex intimo cordis affectu vocem hanc vnam emitto, Valete. Vale mi Domine insignissime, vale benignissima, sanctissima, & in æternum fœlicissima mea mater Academia: Quod si vniuersi capitis mei capilli in totidem *Ciceronis* & *Demosthenis* linguas conuersi essent, nunquam ore latis pleno decantare possem, plusquam maximam meam in te obligationem pro singulari tuo & inaudita humanitate: Quid dixi, humanitatem? caritatem certè debui dixisse, vel potius pietatem animo paternam, facto prope diuinam tamen ne post discessum meum ingratitudinis nefandæ apud vos me quisquam arguat, cum tam longè abfuero, vt me audire non pos-

 sitis

ſitis, tunc manu quaſi tenens modo chartam candoris mei teſtimonium, modo linteolum ſicut charitatis veſtræ, ita gratitudinis meæ ſymbolum: Vltimo, veluti galerum veſtræ protectionis, ſapientiæ, & dignitatis, manibus apprehendens, dextraque huc & illuc vibrans, quibus verbis potero, ſemper Valete, acclamabo, nec deſinam vnquam veſtram famam immortalem, vbicunq; peruenero, quantum potero prædicare, & cui libet, liberè ingenuèque confitebor, quod in pulcherrimo iſto *Iouis, Apollinis*, & *Mineruæ* Theatro, peregrinus aduenicns, admodum humaniter hoſpitio acceptus ſim: cum nudus eſſem mihi data ſunt veſtimenta: cum ſitiens & eſuriens penè fame oppreſſus, cibo & potu ſim refectus: cum incarceratus eſſem, liberatus: cum ægrotus eſſem, clementer viſitatus: cum afflictus eſſem, miſericordia ſingulari recreatus, & interno propè amore per omnes quidem (at præſertim per reuerendiſſimum Dominum *Abbot* meum patronum, & omnes Wiccanicos Dominos meos, integræ famæ reſtitutus. Quibus omnibus, vt par eſt, ſatisfacere non poſſum, ſatisfaciant tamen, quæſo, humillima me vota, quæ ad diuinum veſtræ celebritatis Aſylum iam alacriter effundo. Et quia non minus de veſtra gloria, quam de propenſa mea voluntate, vobis ſatisfieri confido, valete. Quemadmodum ego, vero nunquam defeſſus ero vota erigendo ad cœlum pro veſtra integra & cumulata fœlicitate, ita per chriſtianam charitatem vos exoro, ne dedignemini præpotentem rerum omnium Deum pro me rogare, vt inermis hæc mea nauicula ſecura ab occultis Pontificum & Papiſtarum ſcopulis & inſidiis poſſit ad portum vnde iam diſceſſura eſt, denuo reuerti. Valete in Chriſto, valete.

Ludouicus

Ludouicus Petruccius Eques Italus, triennium aut circiter Oxonii commoratus, nostraque familiaritate prope quotidiana vsus, eandem semper cum Ecclesia nostra Anglicana Religionē professus est, ad sacram Synaxin nobiscum publicè accessit apertissimaque odii sui aduersus Papatum signa exhibuit: quoad cætera verò non aliter se gessit, quàm hominem sobrium, innocentem, ac generosum decuit.

Datum Oxon. 18. *die Augusti, Anno* 1614.

Ita testamur

Gulielmus Goodwin Vicecancell. Vniuersitatis Oxon.
Robert Abbot sacræ Theologiæ ibid. Profess. Regius.
Ri: Kilbie Linguæ Hebrææ Professor Regius.
Arthurus Lake S. Theologię Professor.
Iohannes Prideaux S S. Theolog. Doctor.
Bartholomeus Warner in Medicina Doctor.
Thomas Clayton Medic. Professor Regius.
Arthurus Duke Legum Doctor.

Amplius quàm triennium, nam ad Oxon. veni 1610. si bene memini, vt videri est in scedula testimoniali Higgonsii & Stoni Mercatores Angli hic imprssa.

Idem verbis die 16. Martii, Anno Domini 1613. per Tho: Singletonium Vicecan. & omnes alios infrascriptos, testimonium accepi.

Tho: Singleton Vicecan. R. Houeden, Rob. Abbot, Arturus Lake, sicut audiuimus & vidimus (scripti ille) Sebastianus Benfield, Guliel. Goodwin, Arturus Duke, hii omnes Doctores in SS. Theologia, pręter Artutus Duke qui est Legum Doctor. Vincent. Godard Proc.

Gulielmus

Gulielmus Riuius, Rogerus Pinke, Vicecustos Collegii Noui, Robertus Pinke, Gulielmus Tuccis, Robertus Polden, Thomas Houell, Thomas Smith, Ioannes Reinolds, Richardus Iones, Eduardus Harden, Iohannes Rogers, Samuel Friers, Richardus Adams, Ioannes Harris, Thomas Wood, Thomas Chaundler, Ioannes Heath, Thomas Grent, Warnerus South, Richardus Zouch: Hii omnes Socii Noui Collegii Seniores, prҿter vnus, fuerunt eo tempore. Ioannea Granuill. Collegii Baliolensis Socius Commensalis Generosus.

Exemplar Testimonii Aulæ S. Edmundi, in discessu Illustrissimi & Reuerendissimi Episcopi Rob: Abbotti, Episc. Sarisb.

Ludouicus Petrucci Eques Italus, annum & plus commensalis in hac nostra Aula commoratus, nostraque familiaritate, & amicitia quotidiana vsus, eandem semper cum Ecclesia nostra Anglicana Religionem professus est: ad sacram Synaxin nobiscum publicè accessit, apertissimaque odii sui aduersus Papatum signa exhibuit, & non nisi sana consilia, & bona exempla præbuit. Quo ad cætera verò non aliter se gessit, quàm hominem sobrium, humilem, innocentem, pium, ac generosum decuit. Quæ omnia cùm iam Londinum (librum suum imprimendi gratia) concessum sit: ibiqne per mensem permansurum testamur: Ant. Richardson, Viceprincip. Robertus Bouer Magist. in Art. Robertus Grinud Magist. in Art. Georgius Woodcoard Magist. in Artib. Gulielmus Hattingus nobilis Commensalis, Thomas Grubb in Artib. Magist. Iohannes Dauis in Artib. Mag. Anto: Lethbridge, iste scripsit totum testimonium sua

manu

manu. Gulielmus Hart, Ioannes Lowman, Riccardus Toomer, Humfredus Croker, Iohannes Scart ſeruus, Ioſephus German ſeruus.

Plures in Aula eo tempore non fuerunt.

Hoc furatum fuit mihi in cubiculo meo cum plurimis aliis teſtimoniis, & ſcripturis, infraſcripti tamen cognouerunt exempla,& nomina ſua impoſuerunt in abſentia aliorum.

Thomas Grub in Artib.Magiſt. Richardus Toomer, Iohannes Scarf: alteri verò in Academia, eo tempore non fuerunt.

Sed ne aliquis obiectioni locus contra calumniatores, & perſecutores relictus ſit,infraſcripti Generoſi magnorum Equitum filii, qui per multos annos familiarem mecum habuerunt conuerſationem, Teſtimonium hoc qualitatis meæ perſonæ piè & promptè dederunt.

Ludouicus Petruccius Eques Italus, per quadriennium Oxonii nobiſcum commoratus, noſtraque familiaritate vſus, Papatui ſe ſemper infeſtiſsimum præbebat, Eccleſias noſtras frequentabat. Quo ad vitam verò ciuilem attinet, ſobriè, modeſtè, & continenter ſe ſemper geſſit. Ita teſtamur,

Radolphus Freke,

Henricus Ramisford. Rannisford

Reſponſio Agentis Venetorum ad Equitem Ludouicum Petruccium in Academia Oxonienſi.

Illuſtris Domine,

Veriſsimum eſt, quod eſt aliquis Rumor in Italia, ſed tamen nulla ex parte verus, vel in eo quod Legatus ex-

traordinarias ad Venetos missus sit, vel in eo quod ituri sint aliqui milites Angli, cum nec oblati, nec petiti erant, ideoque cum caret fundamento, mihi in hac re non datur occasio ad inseruiendum vestræ Dominationi, quamuis meritum eius probè noui. Si verò aliqua se offert occasio, in qua opere meo possis vti, paratus ero. Deum precor pro omnimoda fœlicitate vestra.

Londini 29. July 1616.

Affectionatissimus seruus,
Io: Battista Lionelli.

Noi Sindico, & Diffensori, della Terra di Pitigliano.

Facciamo piena, & indubitata fede, come il Caualliere *Ludouico Petrucci*, è figliuoli d'Aridante *Petrucci*, alias *Petruccioli* Nobile di questa Patria, di buona vita, & fama, & di christiani nobili costumi hereditarii di tal casa, che andò Alfiero Colonnello dell'Illustriss. Signor Latino Orsino de Conti di *Pitigliano*, in seruitio della sereniss. Venetiana Republica, contro l'infideli Sotto Castel Nuouo: Il quale per disagi, & ferite riceuute in detta Guerra morse otto giorni doppo la ritornata sua in Pitigliano: Sotto il quale Assedio, ui morse l'Alfiero Flaminio Panzani Zio Materno di detto Caualliere, & figliuolo del Capitano Ascuniano Panzani, locotenente Generale delle Bande di Pitigliano.

Dato in Pitigliano il di 10. di Febraro 1600.

Henrico Pergulino Cancell.

Questo

Questo testimonio mi fu reso nelle mani dal Signor Dottore *Acquapendente* Lettore Fisisco in Padoua, con lettere di mon Signor Bichi Vescouo di Souana (hora Cardinale) con quelle di mia madre, del Signor Camillo Ricasoli, & d'altri miei parenti : mentre io era carcerato per l'Inquisitione, nelle Forze dell'Illustrissimo Signor Gior. Battista, Bernardi Podestà di Padoua, mediante la lui opera, ottenni la mia libertà. Il qual Senatore re se l'anima al Signore gloriosamente in quel Regimento.

Catalogus Regum, Principum, ac Magnatum, quibus *mea Emblemata dedicata fuerunt, quæ etiam cum Idais* Principum in ære incisis, vna cum mea vita in *futuro Volumine in lucem prodibunt, quamuis nonnulli clam alijs (vt sua) dedicassent.*

AD Serenißimum Iacobum Magn. Britann. *Leo super Lupum.*

Ad Serenissim. Regem Daniæ. Vir qui ad dextram Martem, ad sinistram Mercurium se ostendit.

Ad Serenis. Reginam Annam. Phenix.

Ad Serenis. Principem Henricum post mortem. Aquila cum capite demisso nubilis cooperto.

Ad Serenis. Principem Carolum. Aquila erga Solem volans in dextro pede gladium cum insignibus Walliæ, in sinistro verò coronam imperialem cum palma, Oliuo, & Lauro tenens.

Ad Serenis. Electorem Palatin. Orbis à manu cœlesti sustentatus, & quatuor viri discordes qui eum frustra subuertere tentant.

In nuptias Serenis. Electoris Palatini & Principissæ

Elizabethæ. Dextræ coniunctæ, cor ſagittatum à diuino amore, in manibus tenentes, circumdatæ dextrę cum palmis, oliuis, & lauris.

Ad Sereniſſ. Principiſſam Elizabetham. Diana.

Ad Sereniſſ. Electorem Saxoniæ. Brachium armatum ſuper altare cum flamma ardente.

Ad Excellentiſſ. Magnæ Britanniæ Regis priuatum Concil. Vnum cor circundatum à colore moloſſi, quem tenent dextræ ab illo perforatæ in circuitu ab aurea catena ligatæ.

Ad Sereniſſ. Principem Mauritium. Brachium dextrum in manu fulcura Iouis habens.

Ad Sereniſs. Principem Hanolt. Magnum tormentum bellicum cum ſeptem foraminibus, & ſeptem Globis contra caſtrum S. Ageli.

Ad Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Dom. Carolum Zerotinum. Capit. Prouincialem Morauiæ. Leo ſupra tres montes ſedens, in dextra Lancem Gladiumque Iuſticiæ, in ſiniſtra Cornu-copiæ tenens, ſuper cuius caput Mercurius cum ſuo Caduceo duas coronas porrigit.

Ad Excellentiſſ. & Reuerendiſſ. Georg. Abbot Archiepiſc. Cantuar. Columna Religionis.

Ad almam Academiam Oxon. Amphitheatrum.


Ad Reuerendiſſ. Doct. King Epiſc. Londinenſem. Mitra & Corona ſupra altare.

Ad Excellentiſſ. Comitem de Pembroch digniſſ. magnum Camerarium Regium, & magnum Cancellarium Academię Oxonienſis. Iuſtitia pro Tribunali ſedens, quæ Dextram ſuper Biblia tenet, in ſiniſtra Lextam habens (alias *Compas.*)

Ad Reuerendiſs. Epiſc. Wintonienſem. Dimidium Pomum-granatum, & alterum Roſa.

Ad Reuerendiſſ. Epiſc. Elienſem. Argus.

Ad re-


50 MILLIMETRES
10 CENTIMETRES
10ths

APOLOGIA EQVITIS LVDOVICI PETRVCCI CONTRA CALVMNIATORES SVOS.

VNA CVM RESPONSIONE ad libellum à Iesuitis contra Serenissimum
LEONARDVM DONATVM
Ducem VENETVM
promulgatum.



Excusum Londini. 1619.

Vide an Account of this Author in Wood's Ath: Ox: Vol: 1. p. 456.



Jan: 26 1744-5 Had this Duplicate fr y Royal Library valued by y Bookseller according to an Order of y University

Wm Cole

AL SERENISSIMO

GIACOMO Gran Brittan Cef: &c. Prudendentiſſimo & invitiſſimo Propugnatore della chieſa vniuerſale di Christo in Terra; mio Sig.re & Patron ſempre colendiſſimo.

MArco Aurelio (Ceſarea Maeſtà) d'ogni più eccelſa eterna vertù chiaro, & immortaliſſimo ſplendore cinque coſe, dir ſolea, a quel Prencipe direttamente conuenirſe, che ſenza macchia alcuna di Tirannia, bramaſſe Regere, & gouernare. Cio è, Non eſſere auido ne i Tributi; Nõ ſuperbo ne i cõmandamenti; Nõ irreuerente a i tempij; Nõ ingrato de i beneficij, & Nõ chiuder gli orecchi a i miſeri oppreſſi. Tutte queſte coſe (Feliciſſimo Sire) co'l vero lume della parola euangelica & ogni altra heroica Salamonica vertù, la Ceſ. M. V. del grã Marco Aurelio emula vittrice & glorioſa, fin da le faſce ſeco portoſſi: La onde hoggi ſupremo difenſore della chriſtiana fede, & vera Religione; ſopra ogni altra humana potenza felicemente trionfando, non altrimenti fra l'altre coronate teſte dell' vniuerſo diuinamente riſplende, ch'una lucidiſſima ſtella, in vn bel ſereno di notte. Onde non pur fortunato, ma felice, & beato, puote il preſente ſeculo riputarſi: Poi chi hauendo Aſtrea, Gioue, Febo *&* Minerua, *d'ogni celeſte dono, & gratia, la C. M. V. legitimamente herede in Terra laſciata; con ſalute eterna dell' Anima, & intiera cõſolatione, de i viuenti, li ſolari raggi d'ogni ſua diuina, & moral virtù quinci & quindi ſpargendo, vgualmente compartendo diſpenſa. Hor ſequeſt' è, com' eſſer potrà veriſimile, che quell' intatta, pura, & caſta orecchia, che la Ceſ: Maeſtà voſtra per ciaſcũ ſempre immaculata riſeruar ſuole, per me ſolo, più d'ogni altro infelice sfortunato, dalla Rom: chieſa*

chiesa empiamente perseguitato, contro l'hereditaria suo costume, chiusa, e sorda affatto dimostrissi? No'l crederò già mai. Ala Ces. Maestà Vostra dunque (felicissime Re) come a viuo fonte d'intiera Prudenza, Giustitia Clemenza, & bontà genuflessa mente prostrato ricorro; ne altro per le viscere di Christo, nella causa di Christo humilmente supplicando richieggio, si non che voglia degnarsi rimirare con occhio di pietà & misericordia, questa mia publica manifestatione, che a necessaria defensione audace più tosto che rispettosa auanti li comparisce; a fin che la verità della persona & causa mia, per la forza & violenza altrui fin qui nuda per terra auuolta, e strascinata, con scandolo di Vostra Ces. Maestà, della Giustitia, & Religione, nō viua sepolta perisca. Che se non potrò io per debolezza d'ingegno rendergliene quelle gratie, che conueneuoli esser giudicate potrebbono; non mi finegarà almeno il bramarle giornalmente dal Cielo, il felicissimo successo d'ogni suo più preggiato & glorioso pensiero. Conserui N. S. la Ces. M. V. per il beneficio di santa chiesa, gli anni di Nestore in vita; & conceda gratia a me, di poter spargere honoratamente il sangue, & spendere questa misera vita in suo seruitio, honore, & commando, che mi reputerò felice. Di Fleet il di 10 di Luglio 1619.

Della CES.ª M.ᵗᵃ V.ª

Humillissimo & deuotissimo seruitore

l'infelicissimo Cauallero

Lodouico Petrucci.



ALL' ILLVSTRISS: & ECCELLENTISS:i

Sig:ri & Patroni mei sempre colen:mi il Reuerendissimo S.r GIORGIO ABBOT Arc:o Cant: S:r FRANC:o BACON, gran Cancell:o d'Inghilterra. Sr GVLIEL:mo Conte di Pembrucchio, gran Cam:o di S. M.ta, gran Cancell:o dell'Accademia Oxon: &c.

QVanto più penso a la grandezza vostra,
Edi tante virtù, l'alto valore,
S'agghiaccia l'intelletto, trema il core,
Et gelato ogni vena il sangue mostra.
Se Gioue, Astrea, Febo, & Minerua giostra,
Ciascuno a gara in voi pe'l primo honore,
Qual diuin cigno sia, ch'atal splendore,
Erger si possa, da l'infima chiostra?
Verunq; (gran diuin Numi) in chiare e conte
Note, dunque le Suore, el Nume aurato,
Ornin di voi cantando il sacro Fonte.
Fra tanto il mio desir deuoto alato
V'appaghi, (o degni Heroi) poscia ch'al monte,
Volando erger non puossi, Angel spiumato.



LVDOVICVS PETRVCCI Eques Italus, quinquennium aut circiter Oxonij tempore nostro commoratus, nostraque familiaritate (jussu nostro) prope quotidiana vsus. Eandem semper cum Ecclesia nostra Anglicana Religionē professus est. Ad sacram Synaxin publicè nobiscum sæpius accessit. Quo ad cætera verò (vt ipse præ alijs testari possum) non aliter se gessit, quam hominem sobrium, innocentem, ac generosum decuit. Rogati igitur, vt de his reb⁹ testimonium dem⁹, præsertim cum ad hoc requisit sim⁹, non potuimus veritatem denegare. In quorum fidem manum nostram præsentibus apposuimus, die & anno infra scripto. Datum Salisburiæ die 25. Octobris, Anno Domini 1617.

Ro: Sarum.


Will:m Cole,
Coll: Regal: Cantab: A.M.

Candido Lettore.

AFin che la verità della persona & causa mia tanto più chiara nel Teatro del Mondo comparir potesse, cinq; Ani d'tempo cō il costo mio di 150 *lire sterline insculture di emblemi & figure con altre necessarie spese, in vn'opera ho'consummati; & quando in mio prò alla chiara luce comparir doueua; del picciolo virgulto, da Febo, & Minerua benignamente concessomi; furtiua mano l'oliue, & l'olio non pure; Ma senza alcun rossore timore, o spauento; in contento dell' Illustiss: Rappretentanti di S. Maestà se n' è co'l frutto, le fronde, i rami & le corone godute; la onde quantunq; la formica, al Cauallo non possiamo parragonare; sarammi al men lecito co'l Poeta dire*

Sic vos non vobis mellificatis apes.

& a fin che il furto, la frode & l'inganno nō potesse da S. Maestà esser conosciuta, nell' istesso tempo che questa Apologia mezo manuscritta, & mezo stampata doueuo al Brittan Cesare presentare, contro la diuina & humana giustitia venni per l'altrui macchinationi incarcerato. Spero non dimeno nella Diuina Bontà, ch'il parto mio con intiera satisfatione de i buoni fra sei mesi come legitimo del vero Genitor figliuolo lassarassi vedere. Rimiri fratanto il benigno lettore, nō gli errori in questo imperfetto volumetto commessi (poi ch' in assensa mia da infidel correttore, fù rinisto estampato) ma la materia, inesso, e la mente dell' Auttore. Chi se di tanta gratia degnato vedrommi prometto nell' auuenire affaticarmi in maniera tale, ch'ogni hor via più restara satisfatta, d' hauermi con tal mezo a i suoi honori & commandi, eternamente obligato. Et poi che l'honestà della mia dimanda, dell' ottima sua volontà securo mi rende; taccio. & bramandoli dal cielo ogni compita felicità, riuerente mente me l'inchino.

Di Fleet il di 10 *di Luglio* 1619.

Dell' benignissimo lettore seruitore
affettionatissimo
l'infelicissimo Cauallero

Lodouico Petrucci.

Oh! risplendente più d'ogni altra Stella.
Non pur figlia è serella Sorella
Nascer d'un Re, ma sposa è Madre ancora,
D'un ch'amato è dal ciel, ch'il Mondo adora,
Son cose, ch'a pensarui a parte, a parte,
Empion d'alto stupor Natura, & Arte.
Quind'è, che questa Dea,
Nuoua immortal, Guinon, Palla, e Citrea,
Giamai vedra la fossa.
Quind'è, ch'altere le Britannee squadre,
Trionfan ch'Anna sol chiamar si possa
Figlia di Rè, Suora, Consorte, e Madre:
Onde a ragion sopr'ogni Alma felice,
Voi sete vna FENICE.



O quæ inter stellas resplendes luna minores,
Nobilis egregii non solum filia Regis,
Coniux Sed Soror, diui[redacted], genetrixque futuri,
Quē mundus celo missum veneratur ab alto,
Hęc stupet ars, natura silet, rubicunda pudore
Et repetens varias miratur singula partes.
Hæc equidē hanc nostrā Iunonem stirpe decora
Cyprigenam forma referentem Pallada mente,
Eripient diuam fatis cœloque locabunt.
Hæc inter lætas effert gens Anglia turmas,
Gestit Regina solaque triumphat in ANNA,
Natâ, Germanâ, Sponsâ, Regisque Parente.
Ante alias igitur fœlix potes ipsa vocari,
Et sola existens, alia, sine compare *Phenix*.

Dialogo

Dialogo sopra le tre Piume del Serenissimo Carlo Gran Britan Prencipe.



Pereg. *Che son queste tre Penne?*

Ing. *Del Guallo arme, e Cimiero,*
D'ogni Christian guerriero.

Pereg. *E per qual cagion tre?*

Ing. *Non sol perch' ei fia Rè*
Di tre Regni felici, ma pe'l pondo,
Che de i tre scetri hauràa di tutto il mōdo.

Pereg. *Perche d' albo colore?*

Ing. *Perche dentro, & di fuore*
Risplender sempre in lui chiaro si vede,
Il Candor de la Fede.

Pereg. *Perche di struzzo ancora?*

Ing. *Come ſpezza e diuora,*
Lo ſtruzzo il ferro, tal' ei ogni impreſa
Dis truggerà, de la Romana Chieſa.

Pereg. *Perche in corona chiuſe?*

Ing. *Per che Febo, e le Muſe,*
Con Palma eterna, e corona immortale,
Voglion che lieto al ciel diſpieghi l'ale.

Ad Sereniſſimum Principem *Carolum, &c.*



Pereg. Dic cuius plumæ? (*Ang.*) ſunt Wallica Principis (arma,
Chriſtaque qua Chriſti militat arma gerens.

Per. At quorum tres ſunt? (*Ang.*) Tria po[illegible] regna (tenebit.
Et partes mundi tres habiturus erit.

Per. Candidus & quare color eſt? (*A.*) quia ſplendidus (illi
Subniueo fidei pectore Candor ineſt.

Per. Cur has ferriuorax dat Auis? (*A.*) velut iſta volu-(cris
Ferrum, ſic Romæ conteret ille minas.

Per. Cur tenet has Diadema? (*A.*) pater quia magnus A-(pollo
Maioreſque nouem ſic ſtatuere Deæ.

Vt viridi cinctus lauro, æternaque Corona,
Aurea ſecurus tendat ad aſtra viæ.

All Ec-



Le destre in giro, d'oro incatenate,
  Che stringono vn collar di cane, insegno
  Di fedeltà, che de la fede inpegno
  Suffriscan da gli acumi, esser passate,
In cerchio, sonche in un sempre addunate,
  Tutte d'vn cor fat'hom fermo disegno
  Per la Regia prosapia, Chiesa, e Regno
  Pria morir, che restar di fè macchiate.
O ben felice quattro volte e sei
  Gran d'ogno Rè, ch'una corona tale.
  V'orna il Priuato, di gran Simidei.
Ma più felici voi ch'altro immortale,
  Cesar v'impera, e che gli huomini, e i Dei,
  Confessan che non hebbe in mondo equale.

Ad Illustriss. & Excellentiss. Priuatum Concilium Magnæ Britanniæ *Cæsaris*.



Aurea quas cingit, cœlo demissa catena,
  Arma gregis vigili collaria nexa molosso,
  Transfixa stringunt dextrę statuuntq; Latinę
  Bella canina lupæ, domino canis instar amorē,
Circulus has claudit, cuius ceu voluitur vllo
  Circuitus sine fine: vnam sine fine pudicam
  Et Regi, Fideiq; fidem Regnoq; vouerunt,
  Duraq; fata prius quam turpē admittere labē.
O Regem interea te terque quaterque beatum,
  Numina quippe velut cœlesti cuncta Tonanti
  Semidii tibi, Semi-Ioui, dum consulis, adstant.
  Et mage vos illo felices omine, quorum
  Dignatur summus rerum moderamine *Cæsar*,
  Cui similem non vlla tulit, non proferet ætas.

Nel

All'Illustriss. & Eccellentiss. S. Carlo Zerotino, Capitaneo Prouinciale della Morauia Prencipe, &c.



Nel Tiremo il Nocchier perduto ai santi
Ricorre, e al gran Motor l'Alma meschina,
Nel paturir l'alta Madre Lucina
Donna pur chiama in agnosciosi pianti:
Corono al cibo tuti gli Animanti
Al'hor che piu la fame vegli inchina.
Gli assetati a la fonte piu vicina
Al' Albergo più miglirr gli afflitti erranti
Et sio Nocchier perduto, & neufragato
Anima afflitta, pauida e tremante
Moribondo di sete, & affamato.
Al'estremo ridotto, e in pene tante
Ricorro al più magnanimo e preggiato,
Illustrissimo Heroe che verso cante.

Carmina



Super Leonis omne quod cernis caput
 Ex læta Olympi desuper venit domo
 Indignum operibus præmium licet tuis
Vnde æstuans tibi pietatis graui
 Flamma, ac in alto monte stabilito velut
 Morauia primum clara contribuit locum

Quanto sopro il Leon l'occhio discopre
 Lieto mandaui il Ciel, quantumque poco
 Conueniente premio, al merto e al'opre
Onde nel trino vn monte ardendo in foco
 D'ogni eterna virtude, e Religione,
 Dauni a Ragion Morauia il primo loco:


Alla



ILLVSTRISSIMIS

& excellentissimis Dominis suis,

Reuerendissimo Domino GEORGIO ABBOT Archiepiscopo *Cantuariensi*, *Domino* FRANCISCO BACON *supremo Angliæ Cancellario*, *Dominoq́ Comiti* Pembrochio *magno Britanniarum Regis Camerario, magnoq́ Academiæ Oxoniensis Cancellario dignissimo, &c. ac Patronis suis misericordibus, suæq́ nunc desertæ calamitatis ærumnarumq́ pro veritatis causa beneuolis Protectoribus in sempiternum colendissimis.*



SI verum sit (Heroes prudentissimi) quod inuictissimi *Aiacis* fortitudo victa olim atque superata fuerit ab eloquentia *Vlyssis* facundissimi: qua ratione nunc fiat vt infœlix, ingenii sterrilissimi, inermis, pauper, solus, nudus, & mancus miles vndequaque feris rabidissimis atque serpentibus venenatis circundatus, & in barathrum planè solitudinis & infimæ conditionis detrusus, contra tot robustissimos Aiaces, atque Vlysses versutissimos victoriam non dico aliqua ex parte reportaturus sit, sed vel ab eorum viribus fraudibusque tantummodo securus euadere possit. Certè (Excellentissimi Domini) quamdiu brachium fortissimum, gratia singularis

gularis, summus fauor, eloquentia facundissima, atque aurea secreta potentia Antichristi mira coruscatione oculos perstringunt, atque inde in calamitatum mearum statum oculos conuerto, & in abyssum infœlicitatis meę vnà animi aciem configo: præ horrore quidem misellæ huius vitæ, manus & brachia contremiscunt, in calidioribus venis sanguis congelatur, immo& quasi frigore rigescit, (tot licet inuolucris circum-septum) cor, tantæque oboriuntur intellectui meo tenebræ, vt in marmoream veluti statuam conuersus planè sine sensu, sine mente maneam. Verum cum ad Heroicam prudentiam & plenam misericordiam bonitatemque Dignitatum vestrarum summumque candorem suspicio innocentiæ meæ, tuto conscius: non vsquequaque spe destituor, filiam illam Dei potentissimam veritatem in locum demum proprium, statumque pristinum restituendam fore. Ad quem quidem immortalem fauorem non ausus essem supplicans accedere, si non compertum atque exploratum haberem hæreditarium vestrum morem esse non tantum supplices vobis deuotissimos alacriter protegendi, sed sæpius etiam per iustitiam atque charitatem eos subleuandi, quos vix antea videritis nedum cognoueritis. Quocirca si maior quàm par est vobis mea visa fuerit audacia, aliqua ex parte in illam humanitatem quæ vnà vobiscum nata est culpa conferatur, demumque in ferinam eorum atque impiam naturam, qui per septennium personati prodeuntes in causa fuerint quod causæ meæ veritas serenissimæ Regiæ Maiestati nondum innotuerit: Ne grauemini itaque (per diuinam pietatem rogo) in hanc meam publicam manifestationem quæ ad necessariam mei defensionem iam in lucem prodit, oculos aliquantisper conuertere, vt veritas multis adhuc incommodis debilitata releuetur

auspicio

auſpicio ęquitatis illorum Dominorum, qui diuina omni atque morali virtute reſplendens exemplar cęteris ab ipſis etiam incunabilis extiterunt. Dignētur modo Excellentia veſtra per charitatem Chriſtianam in protectionis veſtræ ſinum recipere hanc meam præſentem operam quæ coram vobis audacter nudam ſe ſiſtit: non in alium finem, niſi vt res meæ obſcuræ fortaſsis & hominum conſpectu indignæ, clarè demum omnibus atque verè appareant. Qua in re non erit vobis (ſpero) difficile perſpectam vobis ſemel cognitamque cauſæ meę integritatem honeſtatemque ſupremæ etiam Maieſtati commendare: quę veluti ſol iuſtitiæ atque bonitatis ſuę radios diuinos tam infimis quàm ſummis impertit. Cęterum ſi à naturali iſta veſtra conſuetudine alienatę benignitates veſtræ non opitularētur ſolitudini & paupertati contra dicendi vim, & contra ſummam gratiam: ſi apud Excellentias veſtras ponderata eſſet cauſa diuitiarum non veritatis: ad quem ego omnium hominum miſerrimus & infœliciſſimus confugerem? An ad genetricem meam? at illa religionis cauſâ benedictionis loco maledictionem in me ſæpius congeſſit. An ad conſanguineos & affines meos? vtinam, o vtinam non eſſent illi paratiores ad auferendam miſellam hanc vitam quam ſubleuandam; vtinam dico eadem cauſa eos amicos non inimicos fuiſſem expertus. An ad Remp. Venetam (cui quidem plurimum debeo?) ita ſanè fortaſſis, ſi non illa Pontificis Rom. gratiam & amicitiam pluris faceret quàm ſalutem aut exiſtimationem meam, quippe quæ Religionis ſtatuſque ſui magis interſit. An ad Imperatorem? verum ille nouem ab hinc annis ſeruitium meum in bello Hungarico expertus me Pontifici Romano in manus tradere in mente habuit, nunc vero quoniam in bello Cliuiæ Principis Brandeburgenſis Rodulphus.

atque Naiburgensis partes sum secutus mihi infensior est redditus. An ad magnum Hetruriæ Ducem? qui cum ego in Venetorum gratiam contra Papam libello infami responsum dedissem (hinc lachrimæ!) per equitẽ Coloredum egit apud Cæsarem vt in ipsius potestatem venirem. An ad magnam Mariam de Medicis, Austriacam, Reginam Gallię, Papę Iesuitisque deuotissimam, quæ Catholicam & Christianissimam se nominari gloriatur? An ad magnam Coronam Hispaniarum, qui se generalem Ecclesiæ Rom. propugnatorem & defensorem profitetur, eoque titulo (Rex Catholicus Romanus) inprimis gaudet? vbi igitur? in bello aut præsidio aliquo degere, vt vallem istam lachrymarum honorificè militando transirem? vbi gregarius aliquis miles aut auro Pontificio corruptus, aut Bacchi œstro percitus possit (vt in aliis temporibus conati sunt) me vitâ per proditionem exuere. An in clientelam alterius alicuius Principis Protestantis in locis transmarinis me reciperem? si nullum locum incustoditum video, in quem securè nauigare tutoquè in terram descendere liceat, neque enim in propriis ædibus huius sanctissimæ Maiestatis mihi omnimodam securitatem promittere valeo. Quid igitur mihi agendum restat? confugiendum tanquam ad extremum remedium (dicent forsitan aliqui) ad veniam indulgentiamque Papalem accipiendam: atqui hoc remedium ipso morbo peius est: nam pręter certam animę atque salutis iacturam, quanto etiam cum vitę discrimine, coniunctum foret, nemo non nouit, cui illud Pontificiorum axioma, vel fando, ad aures peruenerit, *Hæreticis non est seruanda fides.* Quocirca si (quod absit) destituerer patrocinio vestro non aliud mihi restaret faciendum quam promptè nudam ceruicem inimicis porrigere, vt sine aliquo obstaculo illico

obtrun-

obtruncantes ad Papam supremum eorum numen deumque iubilantes atque triumphantes possent transmittere. Certè si ab incorrupta vestra bonitate & iustitia repulsam pat[redacted]rer in summam quasi desperationem redactus non vererer dicere, quod in ista immortali alma ciuitate, & fœlicissimo regno (vbi nunc vera religio & omnis sanctitas resplendet) nihil amplius sanctum aut syncerum inueniri possit. Certè vel apud vestras Excellentias plus poterit nuda veritas, vel ea per eloquentiam & fauorem aliorum à vobis expulsa, non erit (vt puto) veritati aut æquitati in terris locus, in quo pedem possit figere. Sed quo tandem ([redacted] atque miselle Petrucci) infelix temeraria hac atque indigna passione victus atque obcœcatus prorupisti? Potesne tu igitur de benignitate, misericordia, iustitia, & bonitate benignissimorum, iustissimorumque Heroum in parte aliqua suspicans dubitare? Non certè (supremi Domini & Patroni) immo sicut prudentissima & sanctissima illa Cęsarea Maiestas, alteros Heroicos Magnates, nec magis prudentes, nec magis sapientes, nec magis idoneos, nec magis iustos, nec magis clementes, nec magis dignos, & denique excellentes in omni sublimi actione & excelsa virtute, quàm illas vestras Excellentias ad tantam dignitatem eligere potuisset: ita nec ego magis integros, magis benignos, magis pios, magis misericordes, magis magnanimos, magis religiosos, vel denique magis excellentes Dominos, Patronos, Iudices, Defensores, vel Protectores, mihimet sperare aut optare potuissem. Verum cùm in mentem mihi veniat, quod à Dignitatum vestrarum iudicio omnes meæ fortunæ, & fama & infamia, & honor & vituperium, decus, & dedecus, vita denique & mors omninò dependeant, cumque perspiciam quod illa omnia quæ in hac ætate infiniti poenę sunt ponderis,

 illa

illa inquam omnia in hac cauſa aduerſus hanc meam afflictam, derelictam, inuiſam, odioſam, nihili habitam perſonam quaſi vnanimiter combinata atque coniurata concurrant; minimè mirum videatur, ſi modo ad multidinem & potentiam aduerſariorum meorum, modo ad ſolitudinem propriam reſque ad nihilum redactas reſpiciens, multo magis quàm neceſſe erat ſuſpicans aliqua ex parte timuerim. Quis enim eſt qui non horreſcat (prudentiſsimi Domini) cum apertè viderit, quod non tantum ſummus fauor & ſumma eloquentia tot maleuolorum, tot aduerſariorum tela ſint in me ſtrenua: ſed quod veritatem cauſę [illegible] vſque adhuc in puluere, & luto per terram raptatam & prouolutam tentant (auro ſecreto Antichriſti) in obſcuriſsimarum tenebrarum abyſſum demergere. Quid videtur Excellentiis veſtris illuſtriſsimis? an ſolummodo hæc tria (id eſt, ſummus fauor, ſumma eloquentia, & aurum) non ſufficiant hac tempeſtate, quæ album pro nigro, tenebras pro luce obtendant? & poſſint perſuadere falſitatem pro veritate Neſtori, Phocioni, Scipioni & Salomoni? & quod abſoluta ſubterranea Papæ potentia non ſatis valeat per ſe efficere, vt timendo contremiſcat *Hector* aut *Orlandus*, quanto magis iſte qui ſit mancus & ſemimortuus homunculus? Non tamen ignoro quales rumores ſpargant nonnulli hæc & ſimilia creberrimè obtrectantes; Quid loqueris tu fera, rabida, & peſtifera lingua de Antichriſto & Papa? Ipſe Rom. Pontifex, & totius mundi Monarcha eſt, cui data ſuprema fuit poteſtas in cœlo, in terra, & inferno, non vacat, neque illi eſt otium, vt de te cogitet, non ante te nouit, non viſa & inuiſa facies; immo ne nomen ad aures ipſius ſanctiſsimas peruenit: altiora captat, ne quidem monſtroſum aliquem vermiculum in fece terræ, vt tu es, aſpicere, aut cogitare: quoniam

Aquila

Aquila non capit muscas. Bellè quidem: at si sua sanctitas me nil respiciat, qua de causa factum est, quod cum in Patauia per inquisitionem incarceratus essem tanta cum solicitudine per quatuor annos continuos, per nuntium suum *Lofredum* id egit, vt putridum istum vermem Romam ligatum mitteret? Si me non nouerit, quomodo euenit, quòd tempore Pontificatus Clementis 8. cùm ipse *Paulus* 5. vnus esset Cardinalium de congregatione inquisitionis, à Dom. *Bichi* Episcopo Souanensi (nunc Cardinali) informatus, adeo promptè actam alacriter integram suscepit causæ meæ potectionem? Si nondum innotuerit ei nomen meum, quorsum per Gaetanum ipsius in Praga Nuncium, putridam istam terræ fœcem sibi tradi ab Imperatore postulauit? Si nullus sim, quapropter Iesuitæ & Papistę in bello Cliuiæ tot laqueis conati sunt me irritire ac demum præcipitem dare? Si nihili cadauer istud æstimant, quorsum Excellentem *Corrarum* Legatum Venetum (qui mihi fauorem & auxilium pręstare pollicitus erat) eo adegerunt vt me pro derelicto habuerit? Si nihil posim, nihil valeam, quę causa fuit, quod aggressi sunt toties me à regno hoc securissimo expellere? Si me non odio prosecuti fuerint, qua de causa me à sinu piisimæ illius atq; benignisimæ matris Academiæ Oxon. (vbi sexennium per sanctos Dominos meos omnia opera misericordię expertus sum) tot calumniis, atque diabolicis machinationibus abstrahere tentauerunt. Quid plura? si omnes Aduersarii mei, absque timore diuinæ & humanæ iustitiæ, vltimum exterminium & vitæ, & famæ, & honoris minantur: & vnus de his, absque vlla verecundia aut pudore ausus est dicere, se ita efficere posse, & velle, vt nunquā publicam manifestationem meæ vitę in lucem edere possem: & iam per amicos, Dominos, & Patronos suos, contra

personam

personam meam talem relationem fecisse: vt non amplius à solita benignitate, summaque pietate & misericordia vestra, nec priuatam, nec publicam audientiam in futurum [redacted] habiturus essem: quasi hereditarius mos Excellentiarum vestrarũ pro omnibus semper non fuisset, ad secundam informationem auriculam vnam intactam, castam, & puram reseruare: & isti in manibus suis Deum, Regem, Consilium, Regnum, & Iustitiam totam haberent. Atque etiam audacter coram nonnullis arbitris, me absente ac præsente dixerunt: Non Generosum, non Capitaneum, non Equitem me fuisse: sed mimum, scurrilem, vagabundum, & deceptorem: Testimonia mea Comitis *Georgii Bastæ* Generalis pro sua Maiestate Cæsarea in Hungaria & Transiluania Benetti Taiaperæ Capitanei Generalis Venerorum in Creta & aliorum Principum ac Magnatum, apud quos in bellis & certaminibus, seruiens Maior, Eques, & Dux militum, cum omni fidelitate & deuotione, per lustra & lustra operam nauaui, (vbi à capite, fronte, manu, & pectore, strenuè militando sępius sanguinem effudi) suggillantes quasi mendicata, ficta, & falsa. (Nullus enim Impostor ex Italorum militum, lege (sub pœna vitę) sub aliquo vexillo militare potest: si hęc iure contra me probare potuissent, qùare per tot lustra, in quibus bello operam nauaui, per hastas (secundum consuetudinem) me transire non curârunt?) Alter verò, duo testes falsi (ait) sufficiunt ad perditionem huius viri, quod si vulnus sanabitur semper cicatrix apparebit. Et vtinam, Papistę tantummodo, & nonnulli Bibliopolę (qui aliorum sagittę sunt) & non alii essent mihi aduersarii. At verò plures multo (inquam) plures ingruunt, instant, infestant hostes innumeri quidem ex omni ferè natione ac conditione, siue malè informati, siue decepti,

siue

seu malè affecti, siue obstinati, siue corrupti, siue falsò creduli, siue leuiores amici, siue inuidi & maligni, siue suapte natura & inhumano impetu molesti, cuiusmodi semper mihi multi fuerunt, adhuc supersunt, nec vnquam deerunt: At verò Deus misericors parcat omnibus, nec, vt ex iusto eius iudicio fieri solet, venenata maleuolentiæ ac maledicentiæ illorum arma in adamantinum hoc innocentiæ meæ pectus impacta retrorsum in eos adeo resiliant, vt quibus furiata mente me vulnere mortali conficere moliebantur, eisdem contra ipsimet nunquam curabili plaga saucientur; Idem quoque comprecatus nonnullis aliis, quos mihi populares, & (vt præ se ferunt) Protestantes duplici vinculo causæ meæ tutioni obligatos credebam, cùm Ipsi (bonos enim illibatos summopere colo) contrà vel fulgore radiantis istius metalli obcæcati, vel suggestis malorum rumoribus leuius occumbentes, aut si non istis omnino, nec inhiantes etiam proprio commodo, nec mei immurentis inuidia perciti, at saltem panico veluti terrore perculsi vim, iram, & indignationem ipsius Antichristi, stultè reformidantes, si non palam, ac clam certè apertis hostibus infestiores, & mala machinatæ fouent & etiam ipsi sua machinantur; Quispiam fortè alius ore blando, patrante ferè oculo, quinetiam (cum iuuat) specioso leuamenti genere me vna salutat manu, altera venenatum telum obtectum parans, quo me incautum vno ictu & vita & fama spoliet. En En (Illustrissimi Patroni) vnde tot lachrymæ, tot querelarum voces: iudicent Excellentiæ vestræ, qua ratione balutiens iste, dilaceratus, & defedatus homuncio cum tot potentissimis, ditissimis, facundissimis Oratoribus de vlla re concertet, qua ratione desertus ille, solus, solis calamitatibus comitatus, cum hostibus innumeris, is idem inermis infortunatus, cum iisdem fortu-

natiſſimis & cateruatim tot amicis ac patronis vndique ſtipatis, iiſque omnibus ornatiſſimis Dominis ac viris e-loquentiſſimis, qui omni ſtudio ac vigore ſuos aduerſa-rios inſtigant, extollunt, ac defendunt, contendere au-deat; (ſi defendere dicatur iniuriæ fauere, & maleuo-lentiæ per fraudem conniuere, vt oppreſſa veritate faci-lius ſit inuidis omni iudicio quos libitum fuerit peſſun-dare:) Hi enim de die in diem non modò minimas quaſque actiones meas Aquilinis (quod aiunt) oculis configunt, ſed calumniis, maledictis, & omnimodis la-ceſſamentis me in aliquod malum, velut in occultam fo-ueam precipitem trahere nituntur. Iam ſi intellexerint me tutelari aliquo Deo ſecurum, videlicet alicuius Mag-natis gratiam iniiſſe, cuius potentia & tutus fieri, & ve-ritas meæ cauſæ facilius explicari palam queat: (Deus mi! quibus eum artibus, quibus præſtigiis offaſcinant ac pertractant donec vel auerſatum eius animum vel fri-gidum totum in rebus meis pernouerint. Ita ergo im-piæ vel horum vel illorum mentes ſumma intentione hoc & nihil aliud agentes, vt me malis conficiant, dum ſemper & vbique continuo motu ad id feruntur, fit, vt minima quæque res, vel etiam leuior vmbra malorum portenta parturiat, & vndecunque præſentibus infor-tuniis obſideat: ex quo quidem iamiam mihi videor haud illi abſimilis quem fabulantur Poetæ inter dam-natorum turmas pœnas luentem, cuius capiti ſaxum in-gens imminet filo tenuiſſimo (duntaxat) pendulum, quod ſuſpiciens & quolibet momento caſurum expa-ueſcens perpetuis terroribus plectitur: Quod ſi immi-nentibus minantibuſque periculis occurrere putans de acceptis iniuriis quidquam (vel magis pio more & Chri-ſtiano animo) conquerar

Aſtraæ

Astræa frenis vnum compescier optans,
Pullulat ex vno Lerna ferox capite,

Centumque & centum infestiores pro vno adoriuntur, ita vt sæpe reum me ac eius calumniis in inuidiam adductum esse videam, quem & alios iudicio sistere & reos facere iustè poteram: Non quod quantacunque perpessus sim queribundus fuerim aut ad querimonias pronus, ab hoc enim me certè (si ita esset) satis deterreret aduersariorum summa apud omnes omninò gratia & potentia: qua sępe satis mihi obuenit, vt viderem quicquid ipsi vel in me, vel in alios perpetrassent, id quantumcunque esset vel summo silentio supprimi, vel ad nihilum vsque semper extenuari solitum: Contra si quid ego egissem, grauiter exaggerari & exacerbari, consputa terra, immane diluuium existimari, tussis expressa, Terrę fragor iudicari, verbum vnum aut alterum in mei defensionem prolatum, Plutonis boatus vocari, qui è centro terræ cum atro exercitu in vniuersam generis humani perniciem ascendisset. Quod omne per incredibilem nonnullorum potentiam effectum est, dum ita sedulo hostium meorum malitiæ indulgent, nec minori diligentia eorum facinorosæ voluntati obsecundant, quàm si in causa de propriæ vitæ famæque suæ discrimine ageretur: in conatibus & actionibus promouendis aurum & argentum profusius erogantes: sui amicorum, & consanguineorum vitam, honores, facultates effundere parati, nec de seipsis ita se cogitare patiuntur, vt meminerint quantò maiori nobilitate prediti sunt, eò minus sibi quidem istiusmodi conatibus fauendum, nedum operam adhibendam esse. Dum enim Iudicum aures obturare satagunt, ne secundæ informationi ac iustæ defensioni pateant, iura diuina humanaq; Deum & homines labefactant & offendunt, sicque non mihi tantam quan-

tam ſibi ipſis iniuriam & vim afferunt, obſcura offundentes nubila clariſsimæ ſuæ famæ, & nomini virtutum & præclarorum geſtorum ſplendori in omnibus aliis glorioſo, dum in hoc vno decepti ita iniuſtitiæ & iniquitatis partes tuentur. Tot itaque tamque aduerſis circumſeptus inimicis (o me miſerum!) tam arduis obicibus quocunque tendam impeditus, nunc ego quaſi omni ſpe deiectus, & nulla penè fiducia ſuſtentatus, ſed quanta poſſum humilitate proſtratus, ad fidem, integritatem, & miſericordiam Excellentiarum veſtrarum tanquam ad Aram ſanctiſsimam confugio, manentibuſque tum ex oculis cum ex ipſo corde lachrymis ſupplex obteſtor per viſcera Ieſu Chriſti, vt pro ſolita veſtra benignitate & iuſtitia nolitis in hac ipſius Chriſti cauſa manum veſtram ab hoc miſero capite demouere, nec (per Deum ipſum oro) permittatis vt veritas viua ſepulta pereat, vel longius vis rationem ſuperet. Quandoquidem ad hoc vſque tempus vbique ferè niſi coram benignis Excellentiis veſtris perpetuo depulſus ſum, ab ea quam efflagitaui audientia, nec poteſtas vnquam aut vſquam, mihi facta cauſa dicendi, ne illa cognoſceretur nec innocentia ab iniuriis, argentum á ſtanno, aurum ab auricalco, vel Alchimiæ ludis dignoſceretur. Ecce iacet miſellus Eques inornatus, miſer, deſertus, dilaceratus, quem tamen tot potentum iacula potentiſsimiq; ipſius Antichriſti non plumbea ſolum fulmina, ſed cuniculis innumeris inſinuata tormina, ſed gladii ſicæ venena, etiamſi puſillum dicant, oculis tamen intenſioribus, vt ſibi præfixam vindictæ ferocis metam conſectantur. Ecce (inquam) iacet hìc manus ſarcæ præſidium implorans. Ecce prouoluitur ad genua ſupremorum Dominorum ſuorum, Iudicum ac Patronum tanquam ad inuiolatum Aſylum (præſertim dum longius recedens

Regiæ

Regiæ Maieſtatis [redacted] decus Regiæ proſapiæ lumen, & illuſtrium eiuſmodi Magnatum ſplendore nobis affulget) nec inde reuelli patiar, gratiam, auxilium, tutelam humiliter ac deuotè captans. Orator veni, propitienter Excellentiæ veſtrę vt Exorator diſcedam, & exauditus pii voti cōpos fiam: iamq; comprecor vt Veſtra imprimis ope, Veſtraque opera veritas ipſa & æquitas (toties, Antichriſti maximè furiatis conſiliis & machinamentis tot modis offenſa turbata, deturpata) tandem glorioſius in hoc ſplendidiſſimo ac feliciſſimo Regno recreari poſsit, ſtabiliri, ſedemque figere. Propterea ſummo cœlo vobis maneat immortalis gloria. Ego verò Excellentiis veſtris in perpetuum tantæ benignitatis ergo addictiſsimus votis faciendis prę cibuſque fundendis aſsiduus pro ſumma eorum proſperitate occaſionem omnimodam captabo reliquum huius meæ vitæ, tantorum tam Illuſtrium, tam magnificorum & heroicorum Senatorum obſeruantię, cultuique dicatus, ita impendendi, vt ne minima quidem fidei ac diligentię meæ pars in hoc prę ſtando officio deſideretur. Augurari interim liceat Excellentiis veſtris illam à cœlo fœlicitatem, quam cum omnibus Veſtris deuotis ſeruis in Chriſto fidelibus, Anglia tota augurando exoptat

*Excellentiarum Veſtr*m

Humillimus & deuotiſsimus ſeruus,

Infelix Eques Ludouicus Petrucci.

GEORGIVS BASTA, *Comes Sacri Romani Imperii in Huſt & Marmoros, &c. Gubernator & Capitaneus generalis pro ſua Maieſtate Cæſarea in Tranſiluania: & ſupremus Locum-tenens in exercitibus Hungariæ.*

EQues Ludouicus Petruccius natione Senenſis à Petiliano, aliquot iam annos militauit pro ſua *Maieſtate Cæſarea* in iſtis bellis Hungariæ ſub pręſidio noſtro inter peditatum *Allemannicum*, primum in *Regimento Comitis de Salma*, poſtea *Colonelli Ferdinandi Kolonitſch*, vbi exceptus eſt loco & ſtipendio *Capitanei.* Quo ſeruitio durante in omnibus, quæ oblatæ ſunt, occaſionibus, ſemper honorificè ſe geſſit, præbuitque ſe militem ſtrenuum, & benè meritum, ſicut ex teſtimoniis pręd ictorum *Colonellorum* apparet. Ideoque in teſtimonium ipſius meritorum, nos etiam pręſentibus hiſce literis comitatum voluimus, quę ſubſcriptę erunt manu noſtrâ, & Sigillo noſtro maiore ſigillatæ. Datum Pragę ſeptimo die Martii Anno 1607.

G. Baſta.

Ferdinandus de Kolonitſch Baro... & Ideuſpurg, Conſiliarius Belli, & Colonellus peditatus Alemanici pro ſua Maieſtate Cæſarea, &c.

QVum D. *Ludouicus Petruccius Eques, natione Senenſis, à Petiliano*, per decretum *Conſilii bellici* à ſua *Celſitudine* Sereniſſima confirmatum, meruerit in noſtro Regimento, vſque ad diſſolutionem ipſius, vir Nobilis, & Capitanei locum aſſecutus: quumque in omni occaſione ſe verum Equitem & Militem monſtrauerit: nos quidem ipſius virtutem maximo ſemper in pretio & exiſti-

matione

matione habuimus, videntes apertè ex rebus gestis, non modò longam experientiam quam habet in scientia militari, sed etiam erga suam Maiestatem Cæsaream fidem & deuotionem integerrimam. Comperto itaque ex his & multis aliis rebus ab illo præclarè gestis, cum honorifico quouis munere dignissimum esse, & cuiuscunque Principis gratiam iure mereri præsentibus hisce literis comitatum voluimus: Testificantes omnibus personis & Officiariis belli, nullum genus esse seruitii bellici, quod de ipso non possint sibi iure promittere. Precamur itaque omnes & singulos, vt liberum ei transitum concedant omnemque fauorem & auxilium præstent, quod quidem nos gratissimum sumus habituri. In cuius testimonium erunt pręsentes nostrâ propriâ manu subscriptæ, & solito maiori Sigillo sigillatæ. Datum in Vienna Austriæ 28. Septembris 1606.

Ferdinando de Colonitsch.

Nos benedictus da ca Teiapiera per Serenissimam Dominationem Venetorum, Capitaneus, Generalis Cretæ, &c.

QVandoquidem in tempore huius nostrę pręfectionis cognouimus *D. Ludouicum Petruccium Equitem*, & se fortiter gessisse, & in arte militari fuisse ęquè expertum ac fidelem in seruitio Publico, cum locum adhiberet Seruientis Maioris ad Spinam longam, & cum illi id oneris imponeretur vt superuideret excauationi portus, & in tempore huius quo retinebatur seruitii, tanta fidelitate & deuotione operam nauasse, quanta conuenit & expectari potest à fideli seruo huius Serenis. Reip. idcirco cõuenienter nobis visum est, postquam munus nostrum ad finem peruenit, cum præsentibus nostris eum comitare, quę illi sint in testimonium de dignitate suarum

rum

quo libet

rum rerum gestarum, per quas iudicemus illum dignum gratia Suę Seren. & suorum Consiliariorum Vicegerentium.

Datum in Creta primo die Martii 1603.
Benedictus da ca Tapiera. Cap. Gen.
Constantinus Gliegiropili Cancellarius.

Nos Wolfgangus Gulielmus, per Dei gratiam Comes Palatinus ad Rhenum, Dux vtriusq; Bauariæ, Cliuiæ, Iuliæ, & Montium, Comes Veldensis, Spanhemiensis, Marchiæ, Rauensbergi & Mœrsensis, Dominus in Rauestan, &c.

ATtestamur, atque fidem facimus, quòd cum Eques *Ludouicus Petruccius* proposuerit reuerti in Italiam, ad inseruiendum Sereniss. Reeip. Venetorum, ob id, quòd sit ignarus Germanicæ & Gallicæ linguarum, nec propterea in hisce prouinciis pro suo merito promoueri possit, nec per nouem menses, quibus Aulę nostrę adfuit, quantum venerit ad Nostram notitiam, quicquam quod honesto viro indignum commiserit vel perpetrârit: Petiit à nobis vt harum rerum testimonium ipsi sub Sigillo, & manus subsciptione largiremur. Nos petitioni ipsius tam æquę annuentes non potuimus denegare. Testamur igitur, atque fidem facimus, quod nobis in iis quibus cura ipsius vsi sumus, fideliter inseruierit, atque vocationi suę satisfecerit. Rogamus ergo ac requirimus ipsi concedi & dari tutum & securum discessum atque iter, nec fieri ipsi aliquod obstaculum vel impedimentum. Quod erga omnes & singulos, cuiuscunque dignitatis sint, prout decet pro personarum qualitate recognoscemus. Nostris vero pręcipimus & expressè iubemus, quàm chara ipsis sit gratia nostra, vt ipsi liberum abitum atque iter, quantum in ipsis sit, pręstent, nec in

quouis

quouis loco nostri Imperii, impediant vel disturbationem inferant. In cuius rei fidem ac testimonium hisce subscriptionibus Sigillum nostrum inprimis mandauimus. Dusseldorpii in loco nostrę residentię, 14. Iulii Anno Domini 1610.

Wolfgangus Guilielmus.

Ex Insula Comar ad Illustriss. & Reuerendiss. Iacobum Serram nunc Cardinalem eo tempore Commissarium Generalem Clementis 8.

Quid rerum in castris fiat, quę formula belli,
Optassem scriptis, Domine, vt sis certior istis:
Incubat ast ovis Gallina, & messis in herba est.
Strennus est hostis, numeroso milite diues:
Nos numero pauci, veriti qui figere gressum
Fossę extra vallũ, tam parua potẽtia nostra est,
Sępe *Colonnizus* tamen ęuo grandis, & audet
Gratianus Valacusq́; suis excedere castris;
Teutona quos sequitur, cum qua *wallonica* turba.
Qui si fortè (cadat prius hoc precor omẽ in hostes)
Artibus inducti vafris *Afrisq́;* perirent,
Et spes resq; simul nostra & *Germana* periret.
Ergo ego certè acies optarem iungere nostras,
Et nostras vnire vnà cum milite vires,
Auxilia aut optem: vetus hic exercitus hęret.
Nec bene progressus faciet releuamine dempto,
Inque locis aliis ne coniectura pericli,
Queis *Basta* inuigilat, *Christi* metuendus *Achilles.*
Austriacas multum miror, stupeoque Baronas
Non magis his studeant quod sese accingere rebus:
Quin alios miror, spreto hoc queis cętera curę.

Turca vt *Strigonium* crudeli deuoret ore
Sollicitè incumbit, *Castello Hungarica* turba
Consedere nouo: qui nos, heu, nostraque rident.
Subsidia expectat nostro de milite quisque,
Non secus ac pullus Gallinæ paruus in ouo,
Nec tamen vlla mali miseris medicina paratur.
Quod nisi magne *Pater*, *Rector*, cœlique solique,
Tu propè digneris propriã interponere dextrã,
Omnis subsidii spes intermortua languet.
Tu nos aspicias animoque, oculoque fauenti,
Et nobis simul & nostris benedicito gestis,
Si mihi sic liceat tandem valedicere vobis,
Me tibi commendo, Domino Te, meque potenti.

Litera Illustriss. Iac. Serræ, nunc Cardinalis, eo verò tempore Commissarii Apostolici pro Clemente 8. in Vienna ad Eq. Lud. Petrucci.

Illustris Domine,

Accepi literas tuas rhythmico conscriptas, quibus prosa oratio mea responsura est. Parum enim familiaritatis mihi cum carminibus intercedit. Ad rem quod attinet, nos etiam agnoscimus necessitatem, sed plusquam facimus, pro pręsenti facere non possumus. Intellexit forsan D. V. infortunium equestris apparatus *Radulphi*. Cautè idcirco fecisti quòd in Regimento Peditum ire voluisti. Quòd si cum equis profectus fuisses, Deus nouit an amplius carmina composuisses. Qua de re tecum gaudeo cum videam te tam cum Marte quàm cum Apolline felicem. Deus D. V. conseruet, & omni consolatione dignetur. Mihi vero gratissima semper quęlibet occasio futura est, in qua possim vobis inseruire. Vien. 20. Octobr. 1605.

Vestræ D. omnibus officiis deditiss. Iacobus Serra.

Carmina Equitis Ludouici Petrucci *ex Hungaria ad excellentissimum* Franciscum Soranzum *Legatum Venetum in Praga.*

Italia torpescit, potatque obliuia virtus,
Virtus immenso quondam benè cognita mundo.
Lubrica vicinum nescitque Hungaria luctum,
Lubrica, sed veteri semper fidissima Baccho.
Nunc opus est, lapsisque negat succurrere rebus
Imperium qui grande tenet, majusque requirit.
Gallica gens, olim castris & puluere nota,
Nunc cupit in tepido resupina recumbere nido.
Magna licet Papæ solertia posse videtur
Ardentes mulcere animos, & jungere dextras,
Haud tamen ex omni fugiet vulpecula corde.
Hinc ouat, exultatque, canitque inamabile Monstrum;
Ibit & Hesperias gladio minitante per vrbes,
Et dabit ingentes, prohibent nisi numina, luctus.

Litera Illustrissimi & Excellentissimi Francisci Soranzi *Legati Veneti apud Cæsarem in Praga, ad Equitem* Ludouicum Petrucium.

Dignissime Domine,

Maxima cum delectatione Carmina vestra composita perlegi: placueruntque, quibus ipsa ostendi, vniuersis. Plurimum valet & armis & calamo (quod multis haud facile est) Vestra Dominatio. Quod quidem congratulor, ipsi pro qualibet occasione paratus inseruire. Dominus Deus noster Dominationem vestram ex omni affectu meo salutatum conseruet. Pragæ die 17. Octob. 1605

Magnificæ Dominationis Vestræ vt frater studiosiss. Francisc. Soranzo.

Literæ Illustrissimi & excellentissimi Cardinalis Dietrichstain, tunc temporis Generalis in Morouia contra Turcam, ad Equitem Ludouicum Petruccium.

per Illustris[s]s Domine,

Quia militibus ambages minimè conveniunt, breuem dabo responsionem perurbanis Dominationis Vestræ literis ad me scriptis. Vosque reuerendissimo SERRÆ quantum scribendo possumus, commendatissimum facientes, valde cupimus quicquid Vobis abundè satis facere poterit effectum. Gratias insuper agimus pro opera vestra in laudibus meis describendis collocata: quanquã amoris potius affectum, quam sincerum & perfectum judicium videamini ostendere. Si quid aliud in Vestram Dominationẽ beneficium possim facere, faciam libenter. Secundet Dominus Vestram Dominationem, in campo Scaliz, August. 12. Anno 1605.

Vestræ Dominationis studiosissimus *Cardinalis Dietrichstain.*

Libellus infamis contra Serenissimum *Leonardum Donatum* Venetorum ducem ab impiis Iesuitis compositus, in vltimis controuersiis inter Rempublicam Venetam & Ecclesiam Romanam.

Donatos Cãtalicii in Italia, ut Lilius apud Anglos.

AVdis *Donatus* tu ? nec tibi regula tandem?
Diffutis prodis schedis chartisque solutis?
Imperiumque suis integrum partibus olim,
In tenues micas, & frusta minuta secabis?
Tanta feres, ne non sine fronte erroribus instes ?
Et veluti spurco meretrix stans tramite pergas ?
Sed mihi quid tecum est transfixo fulmine Papę ?
Aut tibi non loquor hęc, aut te cõuertere conor.

2

Nescio seu nullo diuino sive furore,

Afflatum

Afflatum credam (Princeps *Leonarde*) Platonē,
Cōgrua nominibus cum poneret omina nostris.
Ecce dedere tibi Leo, nomen & ardeo, nempe
Vt malè præcipitans flamma serpente cremares
Te patriamq; tuam (nam te patriamque superbā
Hic Leo significat Venetorum insigne ferorum)
Accendens quem jam struxisti protinus ignem.

3

An quoniam Dux es confidis * cornibus istis,
Nomen posse tuum numero te inferre deorum?
Hinc clamosa tuæ jactans approbria linguæ,
Iustitiam laceras æquam, mundumq; cruentas?
Ipse nec effugiet noctis lucisque Creator?
Dii tibi tonsorem donent (*Leonarde*) deæque:
Quod Deus in terris **Paulus* regat omnia nescis?
Ista Deum verè monstrabunt prælia *Paulum*.

* Cornus corona Ducalis Principis Veneti.

* Paulus Papa quintus vt Papiste aiunt Deus in terra.

4

Alta quies Romam tenet, illam Papa quietam,
Nulla sacerdotem turbat discordia pacem:
Hos tu (si sapias) noli vexare, quiescunt.
Hic pueros speras? animos dat Roma viriles.
Scilicet interdum nostras peruenit ad aures,
Te fratres arctis sanctisque ligasse catenis
Presbyteros, tristique alios jugulasse securi;
Heu quæ tanta tuam tenuit vecordia mentem.

5

Regnis Turca tuis dextra te priuat iniqua,
Tu tamē hunc Magni Domini dignaris honore:
Imperium titulosque tibi qui detulit, illum
Imperiono suo & titulis spoliabis honestis?
Hæreseos quis signa petat majora? quis error
Quam Pape errorē vero imposuisse Prophetæ,
Et summum mundi Dominum contemnere, major?
Desine plura loqui, tibi claudat Bulla labella.

6

Fama refert(nec dum mendax hæc fama videtur)
Nomine te priſcum *Donatum* & mente referre:
Sunt qui conſilium tibi ſuadent ſæpè vocandum
Vna vt peccato tecum ſe ſoluere posſint:
At tu nil horum prudentia verba moraris,
Omnibus vnius lex eſt tua ſola voluntas.
Hinc te devoueat tremebundis patria diris,
Atque oret ſuperos vt paſcas in cruce coruos.

7

Des nobis aurem patientem(nam tibi fauſtè
Optamus) ſis jam mutatâ mente benignus
Dente Theonino deſiſtas rodere matrem,
Nec ſemper motis Eccleſia turgeat iris:
Quin te compeſcas fræenis, odioque reſiſtas
Surgenti, ſero ne cogat pœna fateri,
Extingui facile, donec ſcintilla fauillâ
Parua latet, qui jam longe vaſtauerit,ignem.

8

Huc ades, & dictis animum præbeto benignis,
En arcana tibi reſero,retegoque ſecreta:
Vnquàmne Hiſtorias & rerum ſcrinia noſti?
Qualis erat vita *Iulianus* Apoſtata, qualis
Morte erat, audiſti? talis tua, pesſimè, vita,
Tale tibi exitium promittunt fata futurum.
Nec dum, credo, latet,quali Rex cæde peremptus
Gallorum cecidit: vitæ tu conſule tandem.

9

Neſcio an vt juſtum *Caiaphas* injuſtus Ieſum,
Vt totam vnius ſeruaret ſanguine gentem:
Sic alter *Caiaphas*, te occidat juſtus iniquum,
Ne Venetos triſti diſperſos clade videret.
Sed nemo vt Chriſtum,ſic te deflebit ademptum.

Dum

Dum Sathanus potius, tu, quam dicaris Iesus,
Finem igitur tandem factis impone scelestis,
Ne finem imponat vitæ vindicta scelestæ.

10

At tu securus: sat tu tibi prospicis, inquis,
Nulli sunt illis, quibus est mens nulla timores
Quin metuas; cœli facies irata supremi,
Vno te aspectu pallentes mittet ad vmbras.
Prospice cui posthac credas, sapiensque caueto,
Ne serò nimium sapias: resipiscere stultum est.
Proposito tu fortè tuo benè consulis: esto
Hoc non consilium disces, non esse cerebrum.

11

Neruosa auxilium mittet tibi, Gallia certum,
Nostras mancus agit partes claudusque *Philippus*,
Quam benè tu ludis? quam spe te ducis inani?
Nemo tibi præstabit opem, tibi nemo salutem
Imò te seruat, si desint cætera Turca,
Ille tuus Dominus: pedites equitesque legentem
Illum adis; ingenio quo sis cum nouerit iste,
Cretam fortè a te, aut aliud petet illico regnum.

12

Tu qui ne Papæ cedas, tibi bella parasti,
Es velut infœlix alieni debitor æris,
Qui magis exoptat tenebroso in carcere claudi,
Quàm leuis exiguæ fiat jactura crumenæ,
Dum reus ex merito sceleris capitalis agatur.
Carcere qui nollet solui, nunc compede nescit,
Sed manibus vinctis sæuo à custode trahetur,
Carnificemque trucem, populo ridente, subibit.
Desine Musa, sonos quid tandem fundis inanes?
Sic obduratum quem spiritus ipse mouere
Nescit, ne speres hunc flecti posse canendo.

Responsio

Responsio Equitis Ludouici Petrucci *contra Papam, secundum reformatæ Religionis dogmata, de Italico Carmine in Latinum conuersa.*

Tu qui tam doctè normas, & dogmata calles,
Non mea facta tenes : ne tam florentia regna
In micas rupta, & disrupta in frusta viderem,
Belli gerum distrinxi ensem, pacisque libellum
Pax tibi Marce. Clausi nam *Paulus* Romæ Dæmonq; gehennæ
Bella simul Venetum *Marco* indixere cruenta.

2

Mauri. Æternum regio ista (Deo sit gratia soli)
Vt peccata mali peccatula fugit Iberi,
Hæc ignara piè tellus non calluit artem,
Qua nimis instructi portam petiere Latinam,
Vna Hispanorum Romanorumque cohortes
Presbyterum, dignosque rogos sibi jure parârunt.

Duodecim Presbiteri Hispani in pōtificatu Grego 13. combusti fuerūt pro sodomia ad Portam Labinam in Roma.

3

Haud mea robusto me cornu facta coronant:
Sola Dei nobisdedit hoc insigne voluntas.
Ille dedit nobis vt nulla iniuria fiat,
Iustitiæ æquali perpendens omnia librâ,
Quocum si Deus in terris modo *Paulus* habebit
Diuisum imperium, monstret belli exitus hujus.

4

Ast me de coetu dimouit Bulla piorum,
Amplexuque suo Romana Ecclesia priuat :
Me miserum! quid agam? victus not suppetit vsus,
Quique mihi debet cibus esse, est vermibus esca :
Corporis hinc macies, cùm, quem, nunquā inquinat error,
Supplicia & merito voluit me tanta subire.

Si regno

5

Si regno me Turca meo ſpoliauerit hoſtem,
Tanquâm verè hoſtis me vi ſpoliauit & armis
Non tacitè inſidijs, ſed bello vicit aperto,
Non me fraudauit per veri nomen amici,
Nec ſub prætextu pietatis hoc impius egit:
Illa hæc tuta licet via ſit vitioſa videtur.

6

Si nulla auxilij ſpe lactet Gallia, nullum
Incutiet nobis damnorum ſæua timorem,
Sed reliquos taceo, nam fraus me ſubdola verum
(Ipſa licet ſit falſa) docet: non hinc tamen horum
Conatus metuo, necdum Cretamue, meorumve
Imperiorum aliquod Turcarum cedo Tyranno.

7

Nomine Papa pater fortaſſe eſt, re tamen ipſa
Longè aliter ſe ſe monſtrat, nec ſi modo noſtri
Se veros Papæ in natos numerare volebant,
Officijque pij cultum præbere paternum,
Deſineret pater illorum vel mitis haberi,
Qui ſe non fratres nobis geſſere ſed hoſtes.

8

Si mundi Rector totius, totius illum
In mundi patrem poſuit, cur more paterno,
Dum male tractatos, & nos noſtramque libenter
Obtulimus cauſam, facilem non præbuit aurem?
Hiccine ſucceſſor *Petri?* quia ſe malè durum
Oſtendit lapidem, noſtris Petramque querelis.

9

Præterea non eſt, qui nobis, omnibus idem,
Dum verbis ſurdum ſe reddidit Aſpida noſtris,
Illius ſolum precibus, cui cuncta referre
Præ reliquis gaudet, patientem commodat aurem,

In

In rem nempe ſuam fieri,hoc debere videtur,
Sic qui rex regum fiet,fit Papa Miniſter.

10

Si nos ille fugat quid miri,quæſo maliuè?
Mecœnatem alium, ſi nos faſtidit, habemus.
Incolumes cujus nobis licet eſſe ſub alis.
Nec tamen eſt quod nos fœdâ contaminet illâ
Hereſeos maculâ,quia nos prius expulit ipſe,
At cupidis vlnis expulſos Græcia cepit.

11

Quotcunque extremis ſunt regna à Gadibus,vſque
Ad freta quæ tranans mutatus *Iupiter* olim
Illuſam *Europam* taurino intergore vixit,
Dudum Antichriſti donarunt nomine Papam,
Italiam præter ſolam, quæ ſi juga collo
Excuteret,Papæ Majeſtas tota jaceret.

12

Summe Deus, terras,cœlum, quique omnia comples
Cumque oculus totus fueris ſimul omnia cernis,
Et quæ jam petimur quæ paſſurique ſubimus,
Diſperſi miſereſce gregis, miſereſce tuarum
Paſtor magne ouium, fractis ſuccurre piorum
Læte animis, ignem juſtus extingue paratum.

13

I carmen propera, teque ipſis fortiter aude
Iungere Presbyteres, jubeas aperire paternos
Papæ oculos claues fractas ne pallio geſtet
Combuſta, & merſam nauem cum retibus ipſam.

Hoc

Hoc testimonium confirmat illud Reip. Venetorum & Principum Clinia.

VVE whose names are vnder-written, do testifie, that at our being in the city of Dusseldorf in the Countrey of *Cleue*, in the moneth of April last past, there also was the Cauallier *Ludouico Petrucci* in the seruice of the Princes of Brandiburg and Nuburg, with two horses and one seruant: And there beeing also at the same time the Honourable *Thomas Contarini* then going from the Seigniory of Venice as Ambassador to the States of the Low-countries, hee was by the saide Ambassador, and some other Noblemen of Venice that accompanied him, knowing him to haue formerly serued the Seigniory in militarie affaires: In witnesse hereof we haue hereunto put our hands, the eighth of March, *Anno Dom.* 1610.

James Higgons, } both now dwelling in the
Tho: Stone, } city of London.

Ad Illustriss. & Excellentiss. Carolum Zerotinum *Capitaneum Prouincialem Morauiæ, Principem, &c. Liberum Baronem Rossi, &c.*

QVamuis minimè consentaneum sit, mihi homini Academico tam longè remoto, pariter etiam ignoto tanto Principi interpellare, siue otia, siue negotia, vicit tamen ornatissimi Equitis *Petrucci* importuna rogatio, instantissime petentis, vt per literas meas quantulęcunq; ei futurę sint, Excellentiam Vestram certiorem facerem, quanto illum apud nos in pretio, & existimatione habuimus. Quantaque semper adiuuando tam afflictas

 fortunas

fortunas ſuas, in Excellentiæ Veſtræ bonitate, ſpem poſuerit: Quem confirmauit mihi Doctor *Harmerus*, vir præclarus & doctus Celſitudine Veſtra olim non ignotus, qui dudum obiit, & per literas ſuas in cauſa Nobiliſſimi Equitis *Petrucci* mihi familiariter ſcriptas, eucconomia Veſtra honorifico teſtimonio celebrauit. Coactus tamen non abſque bonorum virorum beneuolentia, & amore triennium & plus apud nos vitam degit: mecum verò biennium familiariter verſatus eſt: qui per candorem viri, ingenuam ſimplicitatem, pietatem, charitatem, conſtantiam, & veram Religionem multimodis comprobatus præ aliis teſtari poſſum. Sed quoniam peregrinus apud nos, & non adeo notus, vt eum locum quem ſe dignum putet, obtinere poſſit: ſtatuit tandem ſibi viæ fortunam ad Excellentiæ Veſtræ bonitatem, ad quam vt ad ſacrum Aſylum ſe peruenturum ſperat: dummodo tutus ab hoſtibus ſuis (quos Religionis cauſa infeſtos habet) viam capeſcere liceat. Commendo igitur humanitati Veſtræ Hoſpitis iam veſtri, honorem, & vitam, quam antea adeo vobis charam, nunc in Chriſti cauſa neglectam eſſe non poſſe certè ſcio. Condonet mihi Excellentia Veſtra audaciam hanc, quoniam extorquet mihi cor, tam digni viri, tam indigna neceſſitas: quod ſi pro ſolita Veſtra benignitate, & magnificentia eum ſubuenire dignemini, gratum Deo, & honorificum Religionis opus facturi eſtis. Conſeruet Deus E. V. pro bono Eccleſiæ ſuæ incolumem per multos annos.

Datum Oxoniæ die 20. Auguſti.
Anno Dom. 1614 *ſtylo Anglicano.*

D. V. Illuſtr. & Excel.
ſemper addictiſsimus,
Robertus Abbot, Sacræ Theologiæ
Doctor ibidem Profeſſor Regius.

POſtquam incenſa tui radiis exarſit amoris,
Et mens inſolitas cepit caſtiſſima flammas,
In noua funeſti mutantur gaudia luctus,
Et tenebris ſplendor ſuccedit lucidus atris.
Sancte *Deus*! tandē ipſe tibi mea pectora ſacro:
Ipſe tibi has lacrymas, atq; hęc ſuſpiria mentis
Contritæ teſtes voueo, tua vulnera cernens
Irrita quæ miſeri fecerunt crimina Mundi.
Interea mea dum Variis mens anxia curis
Votorum luget phantaſmata vana ſuorum.
Redde precor veteri cito corpus inutile matri.
Vt contra antiquū dum pugno fortiter anguē,
In cœlis mihi præluſtrem tua gratia palmam
Conferat, exigui precium immortale laboris.

Ad Sereniſſ. Regem IACOBVM.

Grande decus *Britonum*, miles fortiſſime *Chriſti*,
Sinceræ fidei columen, ſpes, ara, columna:
Qui Sanctas animas, Papę iuga dira peroſas
Protegis imperio, & felicia tempora donas.
Tu placidis oculis & quâ decet, optime Regum
Excipere infauſtum dignabere fronte clientem,
Qui datus *Angliacis* (& non ſine numine) terris
Hoſpes in ignota ſedem regione locauit.
Tu magè diuinis olim celebrabere cygnis,
Carmine mellifluo: vel qui moderatur *Apollo*
Theſpiadūm fontes, ſolus tibi carmina panget.
Aſt alii memores ſtulti *Phaëtontis*, & eius
Icarias qui fecit aquas, deſiſtere tantis
Cogentur cœptis, tuaq; inclita facta tacere.

Ad Sereniss. Regem Daniæ.

Fama immortalis ſuper æthera, purior ipſo
Æthere quæ ſplendet, Phœbeæ prolis, amare
Quam meritò cuncti pulchro certamine certãt,
Cui neq; *Mauortis*, nec deſunt *Palladis* artes:
Pectus in extincta ſic noſtrum accendit amoris
Flammâ, diuinam vt tentem dicere laudes.
Terret at infirmos radiorum ſplendor ocellos
Et nimis audacem cogit deſiſtere muſam,
Ne cadat in *Præceps* nimium ſublimia quęrens?
Sed tamen o Princeps, liceat mihi nominis, oro,
Exornare tui gemmâ radiante, libellum.
Et tu qui vitæ mundum ſplendore coruſco
Illuſtras, *Chriſti* nomen de nomine ſumens
Digneris vitam morituræ infundere chartæ.

Ad Sereniſs. Reginam Annam.

Sępe almum referente diem, noctiſq; fugante
Sidera *Lucifero*, ſacros mea *Muſa* calores
Excitat, hortaturque tuas percurrere laudes,
Quas meritò æthereis ęquari ſedibus optat.
At poſtquam ſubiit, mortali pectore ferri
Tam clarum non poſſe decus: ſic territus hæſi,
Vt qui *Gorgoneæ* viſo modo crine *Meduſæ*
Humanos ſolido mutaſſet marmore vultus.
Tum viſa è ſummo vox eſt mihi dicere cœlo,
Haud licet illius laudes attingere linguæ
Mortali, quæ ſola Deas ſupereminet omnes.
Te ſolus canat ille, ſuis qui mouerat *Orcum*
Carminibus, vel qui celſi tenet ardua *Pindi*,
Nec ſtrepat vlterius rauco mea murmure *Muſa*,

Ad

Ad Serenis∫s. Principem CAROLVM.

Suauiter *Eoo* ∫urgentem cardine *Phœbum*,
Cantibus excipiant niuei per flumina cygni:
Et *Iouis* Armigeræ volucres plaudentibus alis
Sublimem per inane ferant, cœloque reponant.
Ip∫e ego qui vepres inter dumetaque ∫pinis
A∫pera, tran∫egi lacrymo∫um ∫quallidus æuum,
Illum admirabor tacitè dum ∫piritus exul
Reddetur patrio, linquens mortalia, cœlo.
Nunc fari hoc vnum liceat, currentibus annis
Quantumuis redeant *Heroum* ∫æcula, nemo
Dignior innumeris cen∫ebitur e∫∫e trophæis.
Quòd ∫i vana meæ non ∫int præ∫agia pennæ,
CAROLVS hic *Quintoq́.* & *Magno* maior, vtrũq;
Imperioque ∫uo, & celebri cognomine vincet.

Al Sereniss. Prencipe CARLO.

Godin cantando i re∫plendenti lumi,
De'l nouo Appollo *i Cigni, ei fulgoranti*
Augei di Gioue *pur lieti, e fe∫tanti,*
Tentin d'alzarlo fra i ∫uperni Numi:
Ch'io deuoto, & humil fra ∫terpi, e dumi
I∫pidi auvezzo, ogn'hor nutrito in pianti
L'ammirarò, fin che lo ∫pirto ammanti
La mortal Salma, e'l gran Motor *l'a∫∫umi.*
Ben ∫ò l dirò, che in que∫t'almo, e giocondo
*Seculo fra gl'*Heroi, *verum* Rè *∫ia*
Più di Palm'e Trophei colmo, e fecondo:
Onde pre∫aga al men la penna mia
Sarà, che'l Quinto, *e'l* MAGNO, CARLO al mondo:
Non hebber tant' Imperio, e Monarchia.

Ad

Quâ matrem terram pater æther circuit,au ſim
Dicere,non vnquam conuenit copula maior
Vel ſpecie, vel amore pari, vel mente,vel ore,
Daphnide vel claro, vel *Pallade* dignior alma.
Hinc ego venturam videor mihi cernere Prolē
Impia *Romani* ſternentem Idola *Tyranni*.
Hoc prædecreuit magni ſententia *Chriſti*,
Qui quod propoſuit,non erraturus adimplet.
Ducit feſtiuos nunc magna Britannia plauſus,
Regia progenies,& Curia læta triumphat,
Nunc ouat & populus, nūc toto corde Senatus
Gaudet,perque omnes *Hymenæus* curſitat vrbes,
Et cum diuino ſociatus cantat *Amore*
Fœlix Connubium *Fredericus* & *Elizabetha*.

Ad excellentiſſ. Principem MAVRITIVM,
Com. de Naſſau,&c.

Sæpè ego Magnorum memori dum mente reuoluo
Facta Ducum (nam facta Ducum, Dux,mente reuoluo)
Quos claros bello pepererunt ſęcula priſca,
Quoſque pares bello pepererunt ſęcula noſtra,
Tunc ſubit in mentem facundo *Tullius* ore,
Qui fertur patriæ benè proſpexiſſe ſaluti,
Curtius Non minus ac armatus* eques,qui fortiter olim
Seque ſuumque abſcondit equum ſub gurgite vaſto.
Tunc ſubit & *Cæſar* nulli virtute ſecundus,
Nobilis Venetus Et cinctus multis *Bragadinus* tempora ſertis,
Qui conſtans ſęuo fuit excoriatus ab hoſte.
Sed quum cerno tuæ facta immortalia dextrę,
O *Princeps* diuine,tuis ſua victa fatentur,
Tullius,& *Cæſar*,*Bragadinus*,*Curtius*,armis.

Ad Illustrifs. Principem Carolum Zerotinum, Cap. Prouinc. Morauiæ, &c. in suæ absentia ad Illustriss. Comitem Ogischium Seruientem Maior. General in Bohem. &c.

Vt miser *Hesperio* iactatus nauita ponto
Exclamat. precibusq; Deum Sanctosq; fatigat:
Vt mulier paritura, grauis cum venerit hora,
Eiulat, & timidâ: *Lucinam* voce precatur.
Vt sibi quæq; cibos quęrunt animalia grauos,
Cum vacuus venter veluti latrare videtur,
Cum verò sitiunt, ad proxima flumina currunt,
Vtque etiam hospitio gaudet meliore viator:
Sic ego naufragium passus terraque marique,
Ipse miser, pauidus, tremebundus pectore toto,
Quē premit atra fames, & quē sitis arida vexat.
Deniq; qui tantis sum perditus vsque periclis,
Ad te confugio, Princeps dignissime, cuius
Virtus tanta nequit cantari carmine nostro.

In mortem Sereniss: Principis HENRICI.

Regia planta fuit, quæ colle virebat aprico,
  Fœlici modo flore beata:
Ex qua dum fructus orbis sperabat opimos,
  (Proh dolor!) O *Henrice* peristi.
Aut cœli potius tecta superuolans
Rupisti miseri vincula corporis:
  Vnde si crebras iterans querelas
  Voce lugubri, laceraque veste
Exuvias sine fine suas *Academia* plorat,
Gaudet in ętereas animam tamen isse cateruas.
Tu lętare polo: namq; hic dum marmora durāt,
Carmina mille tuum celebrabunt aurea nomen.

In mortem Illustriss. D. THOMAE BODLAEI *Equitis Aurati, & Benefactoris munificentissimi publicae Bibliotheca nobiliss. Acad. Oxon &c.*

Olim (sic fama est) ingentis marmora molis
Partibus his, illisque, aliisque effossa *Quirites*
Conduxere, suos quibus ędificare Colossos,
Et statuas, altosque recuruis flexibus Arcus,
Ceteraque in triuiis opera ambitiosa solebant:
Nunc periere, iacētq; haud obseruata tenebris.
Auspiciis BODLEIVS erat melioribus vsus:
Dedicat ille sacris spatiosa palatia *Musis*,
Augusto celeres quae tangunt vertice nubes:
Illud ab Occasu sese distendit ad Ortum,
Nititur & variis opus immortale columnis
Et *Phoebum*, *Phoeboque Camoenas* continet omnes.
Ergo etiam tecto quicunque repostus in illo est,
Splendida Pyramidũ vincet monumēta libellus.

Quid gemis? aut alto mittis suspiria corde?
Tandem mitte tuos *Academia*, mitte dolores:
Diuinus iamiam BODLEIVS ad astra volauit.

Angelicis commista choris, O nobilis vmbra,
Iam cane, iam lętare, tuosque attolle triumphos.
En tua, vt *Eous*, splendet domus inclyta *Phoebus*.

All'Illustriss.

All'Illustrissimi & Eccellentissimi Signori il Reuerendissimo Giorgio Abbot Arciuesco Cantuar, degnissimo & Eccellentiss. Signor Gvglielmo Herbert Conte di Pembrocchio Gran Cameriero, del Gran Brittan Re fidelissimo: Gran Cancelliero della nobiliss. Academia Ossoniense, &c. miei Segnori & Patroni sempre colendissimi.

Questo (prud. Heroi) a ben che picciol segno, della debita osseruanza, & deuotion mia, verso l'immortal merito, di quella santissima, & immortalissima Madre, l'Eccellenze V. (che di quel diuinissimo Anfiteatro dui splendidissimi soli diuinamente operando giornalmente dimostransi) lo receuino con l'istessa mente, che presentato lor viene: & sia ciò in memoria della gloriosissima beata Anima, del Reuerendissimo Padre in Christo Roberto Abbot *Vescouo di* Salisburgh *degnissimo (mio Signore & Padrone benignissimo, sacro Mecena munificentissimo, della derelitta, & trafitta mia persona & fama, Protettore, & Propugnatore fino alla morte constantiss.) poi che dell'vna Eccellenza degno seruitore & fratello: & dell'altra Deuotiss. & fidelissimo, si è in vita sempre dimostrato. Accio che la verità viua sepelta, mediante l'Autorità vostre, nella causa di Christo alla chiara luce ritornar possa: Non graui all' E. V. in tanto dare per diuina pietà vna sola occhiata à questo necessario mio publico Manifesto: che se in luogo di quel felice Spirito in sua protettione restaranno, seruit e abbracciarmi: se non potrà la sterilità del mio ingegno compitamente ringratiarle, quel trino, & vno eterno Motore, che verun bene irremunerato lassa, saranne all'E. V. per me largo rimuneratore, con la felicità d'ogni loro piu preggiato, & glorioso pensiero.*

Dell'Eccel. Vostre Illustr.

Humilissimo & Deuotissimo seruitore, l'infelicis. Caualliero Lvd. Petrvcci.

Et habita coram Vicecancellario & nonnullis Doctoribus in priuato.

*Oratio * composita quando statui relinquere Academiam.*

QVod pius aliquis seruus filiusuè familias per longum & periculosum mare nauigaturus, præstare solet, vt dispositis iam mercibus, sublata anchora, distensis funibus, expansis velis, temone verso, postquam debitis amicis ac necessariis suis gratias redidcrit, ad Deum Optimum Maximum humillimo affectu vota erigat: Idem mihi celeberrimæ huius Academię seruo & alumno (quamuis indigno at certè deuotissimo, non angusto modo hunc Oceani sinum nauigio transituro, verumetiam iter multo longius periculosiusque pedibus suscepturū faciendum censeo. Nimirum iam dispositis literarum mearum testimonalium mercibus, sublata cogitationum anchora, distensis rationum funiculis, veritatis velis expansis, versoque temone ad desideratissimum portum patroni mei Germanici, redditis quas possum amicis meis fautoribusque gratiis: ad te primum summe rerum omnium Creator humillimè confugio, cum spe firma & fiducia me sanctissimo tuo splendore, & virtute potentissima, veluti duce quodam fretum ac Cynosura, non Scyllam modo & Charibdim tuto pertransiturum, verum etiamque summo gaudio solatioque refertum, in suauissimæ huius nunquam satis laudatæ Academiæ sinum, denuo reuersurum. Porrò, vt filius ille aut seruus, soluto iam fune, dum nauis à Rectore circumagitur, nunc à prora, nunc à parte media nunc à Puppi amicos & parentes in littore prospectans, & hos & illos tenerrimò cordis affectu salutat, valeque vltimum velut inuito ore dicit, ac demum longè à terra prouectus, vbi verba iisdem, quibus vela ventis deferuntur, manu tamen linteolum aliquod aut galerum tenens, huc illuc circum-

voluit,

voluit, ipſo mentis affectu geſtuque corporis non deſinens valedicere: Ita ego in hac mea neceſſaria peregrinatione, præter patres colendiſſimos, matrem Academiam longè chariſſimam, amicos fratreſque in Chriſto infinitos relicturus, primo ad vos reuerendiſſimi Domini, ac numina mea tutelaria me conuertens, velut è prora dolens acclamo. Valete mei benigniſsimi, prudentiſſimi, glorioſiſſimique Patres, quibus pro tot tantiſque & pietatis & charitatis in me collatis beneficiis, idque in grauiſſimis meis infortuniis & miſeriis, non poteſt debilitas ingenii mei, gratias quæ pares ſint, referre, vnicus tamen ille ſupremus rerum Moderator Deus, pro me vobis abundè ſatisfaciet: & iam velut è media nauiculæ parte clamans Baliolenſibus Wiccamicis & Exonienſib. ad vnum omnibus fautoribus meis doctiſſimis, pientiſſimis, benigniſſimis ex intimo corde ſuſpirans valedico: demum ad puppem me conuertens omnibus Doctoribus rectoribus, ſociis, Nobilibus & Magiſtris Oxonienſibus ſupremum clamito, valete. Iam verò me colligens, animumque velut in prora mediaque & puppi, vno impetu figens, ad illuſtriſſimum Viceecancellarium, totamq; Academiam, ex intimo cordis affectu vocem hanc vnam emitto, Valete. Vale mi Domine inſigniſſime, vale benigniſſima, ſanctiſſima, & in æternum fœliciſſima mea mater Academia: Quod ſi vniuerſi capitis mei capilli in totidem *Ciceronis* & *Demoſthenis* linguas conuerſi eſſent, nunquam ore ſatis pleno decantare poſſem, pluſquam maximam meam in te obligationem pro ſingulari tuo & inaudita humanitate: Quid dixi, humanitatem? caritatem certè debui dixiſſe, vel potius pietatem animo paternam, facto prope diuinam: tamen ne poſt diſceſſum meum ingratitudinis nefandæ apud vos me quiſquam arguat, cum tam longè abfuero, vt me audire non poſ-

sitis, tunc manu quasi tenens modo chartam candoris mei testimonium, modo linteolum sicut charitatis vestræ, ita gratitudinis meæ symbolum: Vltimo, veluti galerum vestræ protectionis, sapieutiæ, & dignitatis, manibus apprehendens, dextraque huc & illuc vibrans, quibus verbis potero, semper Valete, acclamabo, nec desinam vnquam vestram famam immortalem, vbicunq; peruenero, quantum potero prædicare, & cui libet, liberè ingenuèque confitebor, quod in pulcherrimo isto *Iouis*, *Apollinis*, & *Mineruæ* Theatro, peregrinus aduenniens, admodum humaniter hospitio acceptus sim: cum nudus essem mihi data sunt vestimenta: cum sitiens & esuriens penè fame oppressus, cibo & potu sim refectus: cum incarceratus essem, liberatus: cum ægrotus essem, clementer visitatus: cum afflictus essem, misericordia singulari recreatus, & interno propè amore per omnes quidem (at præsertim per reuerendissimum Dominum *Abbot* meum patronum, & omnes Wiccanicos Dominos meos, integræ famæ restitutus. Quibus omnibus, vt par est, satisfacere non possum, satisfaciant tamen, quæso, humillima me vota, quæ ad diuinum vestræ celebritatis Asylum iam alacriter effundo. Et quia non minus de vestra gloria, quam de propensa mea voluntate, vobis satisfieri confido, valete. Quemadmodum ego, vero nunquam defessus ero vota erigendo ad cœlum pro vestra integra & cumulata fœlicitate, ita per christianam charitatem vos exoro, ne dedignemini præpotentem rerum omnium Deum pro me rogare, vt inermis hæc mea nauicula secura ab occultis Pontificum & Papistarum scopulis & insidiis possit ad portum vnde iam discessura est, denuo reuerti. Valete in Christo, valete.

Ludouicus

Ludouicus Petruccius Eques Italus, triennium aut circiter Oxonii commoratus, nostraque familiaritate prope quotidiana vsus, eandem semper cum Ecclesia nostra Anglicana Religioně professus est, ad sacram Synaxin nobiscum publicè accessit apertissimaque odii sui aduersus Papatum signa exhibuit: quoad cætera vero non aliter se gessit, quàm hominem sobrium, innocentem, ac generosum decuit.

Datum Oxon. 18. *die Augusti, Anno* 1614.

Ita testamur

Gulielmus Goodwin Vicecancell. Vniuersitatis Oxon.
Robert Abbot sacræ Theologiæ ibid. Profess. Regius.
Ri: Kilbie Linguæ Hebrææ Professor Regius.
Arthurus Lake S. Theologię Professor.
Iohannes Prideaux S.S. Theolog. Doctor.
Bartholomeus Warner in Medicina Doctor.
Thomas Clayton Medic. Professor Regius.
Arthurus Duke Legum Doctor.

Amplius quàm triennium, nam ad Oxon. veni 1610. si bene memini, vt videri est in scedula testimoniali Higgonsii & Stoni Mercatores Angli hic impressa.

Idem verbis die 16. Martii, Anno Domini 1613. per Tho: Singletonium Vicecan. & omnes alios infrascriptos, testimonium accepi.

Tho: Singleton Vicecan. R. Houeden, Rob. Abbot, Arturus Lake, sicut audiuimus & vidimus (scripti ille) Sebastianus Benfield, Guliel. Goodwin, Arturus Duke, hii omnes Doctores in SS. Theologia, prętet Artutus Duke qui est Legum Doctor. Vincent. Godard Proc.

Gulielmus

Gulielmus Riuius, Rogerus Pinke, Vicecustos Collegii Noui, Robertus Pinke, Gulielmus Tuccis, Robertus Polden, Thomas Houell, Thomas Smith, Ioannes Reinolds, Richardus Iones, Eduardus Harden, Iohannes Rogers, Samuel Friers, Richardus Adams, Ioannes Harris, Thomas Wood, Thomas Chaundler, Ioannes Heath, Thomas Grent, Warnerus South, Richardus Zouch: Hii omnes Socii Noui Collegii Seniores, pręter vnum, fuerunt eo tempore. Ioannes Granuill. Collegii Baliolensis Socius Commensalis Generosus.

Trucis

Exemplar Testimonii Aulæ S. Edmundi, in discessu Illustrissimi & Reuerendissimi Episcopi Rob: Abbotti, Episc. Sarisb.

Ludonicus Petrucci Eques Italus, annum & plus commensalis in hac nostra Aula commoratus, nostraque familiaritate, & amicitia quotidiana vsus, eandem semper cum Ecclesia nostra Anglicana Religionem professus est: ad sacram Synaxin nobiscum publicè accessit, apertissimaque odii sui aduersus Papatum signa exhibuit, & non nisi sana consilia, & bona exempla præbuit. Quo ad cætera verò non aliter se gessit, quàm hominem sobrium, humilem, innocentem, pium, ac generosum decuit. Quæ omnia cùm iam Londinum (librum suum imprimendi gratia) concessum sit: ibiqne per mensem permansurum testamur: Ant. Richardson, Viceprincip. Robertus Bouer Magist. in Art. Robertus Grinud Magist. in Art. Georgius Woodcoard Magist. in Artib. Gulielmus Hattingus nobilis Commensalis, Thomas Grubb in Artib. Magist. Iohannes Dauis in Artib. Mag. Anto: Lethbridge, iste scripsit totum testimonium sua manu

manu. Gulielmus Hart, Ioannes Lowman, Riccardus Toomer, Humfredus Croker, Iohannes Scart seruus, Iosephus German seruus.

Plures in Aula eo tempore non fuerunt.

Hoc [redacted] fuit mihi i[redacted]cubiculo meo cum plurimis surreptum aliis testimoniis, & scripturis, infrascripti tamen cognouerunt exempla, & nomina sua imposuerunt in absentia aliorum.

Thomas Grub in Artib. Magist. Richardus Toomer, Iohannes Scarf: alteri verò in Academia, eo tempore non fuerunt.

Sed ne aliquis obiectioni locus contra calumniatores, & persecutores relictus sit, infrascripti Generosi magnorum Equitum filii, qui per multos annos familiarem mecum habuerunt conuersationem, Testimonium hoc qualitatis meæ personæ piè & promptè dederunt.

Ludouicus Petruccius Eques Italus, per quadriennium Oxonii nobiscum commoratus, nostraque familiaritate vsus, Papatui se semper infestissimum præbebat, Ecclesias nostras frequentabat. Quo ad vitam verò ciuilem attinet, sobriè, modestè, & continenter se semper gessit. Ita testamur,

Radolphus Freke,
Henricus Rainsford.

Responsio Agentis Venetorum ad Equitem Ludouicum Petruccium in Academia Oxoniensi.

Illustris Domine,

Verissimum est, quod est aliquis Rumor in Italia, sed tamen nulla ex parte verus, vel in eo quod Legatus ex-

traordinarius ad Venetos missus sit, vel in eo quod ituri sint aliqui milites Angli, cum nec oblati, nec petiti erant, ideoque cum caret fundamento, mihi in hac re non datur occasio ad inseruiendum vestræ Dominationi, quamuis meritum eius probè noui. Si verò aliqua se offert occasio, in qua opere meo possis vti, paratus ero. Deum precor pro omnimoda fœlicitate vestra.

Londini 29. July 1616.

Affectionatissimus seruus,
Io: Battista Lionelli.

Noi Sindico, & Diffensori, della Terra di Pitigliano.

Facciamo piena, & indubitata fede, come il Caualliere *Ludouico Petrucci*, è figliuoli d'Aridante *Petrucci*, alias *Petruccioli* Nobile di questa Patria, di buona vita, & fama, & di christiani nobili costumi hereditarii di tal casa, che andò Alfiero Colonnello dell'Illustriss. Signor Latino Orsino de Conti di *Pitigliano*, in seruitio della sereniss. Venetiana Republica, contro l'infideli Sotto Castel Nuouo: Il quale per disagi, & ferite riceuute in detta Guerra morse otto giorni doppo la ritornata sua in Pitigliano: Sotto il quale Assedio, ui morse l'Alfiero Flaminio Panzani Zio Materno di detto Caualliere, & figliuolo del Capitano Ascuniano Panzani, locotenente Generale delle Bande di Pitigliano.

Dato in Pitigliano il di 10. di Febraro 1600.

Henrico Pergulino Cancell.

Questo

Questo testimonio mi fu reso nelle mani dal Signor Dottore *Acquapendente* Lettore Fisisco in Padoua, con lettere di mon Signor Bichi Vescouo di Souana (hora Cardinale) con quelle di mia madre, del Signor Camillo Ricasoli, & d'altri miei parenti : mentre io era carcerato per l'Inquisitione, nelle Forze dell'Illustrissimo Signor Gior. Battista, Bernardi Podestà di Padoua, mediante la lui opera, ottenni la mia libertà. Il qual Senatore rese l'anima al Signore gloriosamente in quel Regimento.

Catalogus Regum, Principum, ac Magnatum, quibus *mea Emblemata dedicata fuerunt, quæ etiam cum Idæis* Principum in ære incisis, vna cum mea vita in *futuro Volumine in lucem prodibunt, quamnis nonnulli clam alijs (vt sua) dedicassent.*

AD Serenissimum Iacobum Magn. Britann. *Leo super Lupum.*

Ad Serenissim. Regem Daniæ. Vir qui ad dextram Martem, ad sinistram Mercurium se ostendit.

Ad Sereniss. Reginam Annam. Phenix.

Ad Sereniss. Principem Henricum post mortem. Aquila cum capite demisso nubilis cooperto.

Ad Sereniss. Principem Carolum. Aquila erga Solem volans in dextro pede gladium cum insignibus Walliæ, in sinistro verò coronam imperialem cum palma, Oliuo, & Lauro tenens.

Ad Sereniss. Electorem Palatin. Orbis à manu cœlesti sustentatus, & quatuor viri discordes qui eum frustra subuertere tentant.

In nuptias Sereniss. Electoris Palatini & Principissæ

El zabethæ

Elizabethæ. Dextræ coniunctæ, cor sagittatum à diuino amore, in manibus tenentes, circumdatæ dextrę cum palmis, oliuis, & lauris.

Ad Sereniss. Principissam Elizabetham. Diana.

Ad Sereniss. Electorem Saxoniæ. Brachium armatum super altare cum flamma ardente.

Ad Excellentiss. Magnæ Britanniæ Regis priuatum Concil. Vnum cor circundatum à colore molossi, quem tenent dextræ ab illo perforatæ in circuitu ab aurea catena ligatæ.

Ad Sereniss. Principem Mauritium. Brachium dextrum in manu fulcura Iouis habens.

Ad Serenifs. Principem Hanolt. Magnum tormentum bellicum cum septem foraminibus, & septem Globis contra castrum S. Ageli.

Ad Illustriss. & Excellentiss. Dom. Carolum Zerotinum. Capit. Prouincialem Morauiæ. Leo supra tres montes sedens, in dextra Lancem Gladiumque Iusticiæ, in sinistra Cornu-copiæ tenens, super cuius caput Mercurius cum suo Caduceo duas coronas porrigit.

Ad Excellentiss. & Reuerendiss. Georg. Abbot Archiepisc. Cantuar. Columna Religionis.

Ad almam Academiam Oxon. Amphitheatrum.

Ad Reuerendiss. Doct. King Episc. Londinensem. Mitra & Corona supra altare.

Ad Excellentiss. Comitem de Pembroch digniss. magnum Camerarium Regium, & magnum Cancellarium Academię Oxoniensis. Iustitia pro Tribunali sedens, quæ Dextram super Biblia tenet, in sinistra Lextam habens (alias *Compas.*)

Ad Reuerendiss. Episc. Wintoniensem, Dimidium Pomum-granatum, & alterum Rosa.

Ad Reuerendiss. Episc. Eliensem. Argus.

Ad re-



ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO, DOMINO DOCTORI JOHANNI PRIDEAVX, *Viceecancellario Nobilissimæ Academiæ Oxon Dignissimo, Professori Regio in Theologia Doctissimo, & Rectori Collegii Exoniensis Vigilantissimo, Domino suo, & Patrono semper colendissimo.*

DIgnitatem illam, quã non mediocri cum virtute Dom. vestra Reverendissima novitèr acquisivit, diù multumq; mecum dubitavi, (divinissime Domine) ut cum vobis fas esset gratulari. Si enim loquor, infans sum, nec dignum aliquid Vestris auribus eloqui possum; impius autem, si taceo, nec dignus ipse qui servus & alumnus huius florentissimæ matris Academiæ sim habendus. Tandem decrevi potiùs inverecundus quam ingratus videri. Dumq; aliquid, quod lætitiam & devotionem erga vos meam testari possit meditando sum, nescio utrùm priùs Vobis simul cum bonis omnibus, an illustrissimo Cancellario, an Academiæ, an Religioni, an Dignitati ipsi gratulari debeam

beam, an vero mihi ipsi simul cum peregrinis & extraneis omnibus. Gratulor autem primum clariss. Cancellario, quoniam virum nec magis doctum, nec magis sapientem, nec magis prudentem, nec magis dignum, nec deniq; magis excellentem in omni excelsâ virtute & divinâ actione, quam Vestram Dominationem Reverendiss. ad tantam dignitatem eligere potuisset. Deinde fœlicissimæ Academiæ, quoniam per immaculatam justitiam, profundam doctrinam, & heroicam bonitatem meliorem desiderare non potuisset. Posteà Religioni, quoniam nec magis clarus, nec magis sincerus, nec magis sanctus inveniri, aut sperari potuisset. Tum vero Dignitati ipsi, quoniam pleriq; à Dignitate honorati sunt, Dom. Vestra cum omni divinâ ac morali virtute ipsam dignitatẽ illustrando exornat & honorat. Porro mihi ipsi pariter & extraneis omnibus, quoniam Judicem, Defensorem, Patronum Dominum, & Mæcenatem magis justum, magis benignũ, magis pium, magis magnanimũ, magis misericordem nec sperare, nec experiri potuissemus. Postremò Reverendiss. Vestræ Dominationi; quoniam campum estis amplissimum consequuti ad divinas Vestras virtutes exercendas, quas non a cœlo cũ parcâ manu distributas, sed prodiga congestas atq; cumulatas feliciter accepistis, adeò ut religionem conservare, justitiam confirmare, Academiã hanc terq; quaterq; beatam reddere, summâ cum præsentis gratulatione & futuri sæculi admiratione possitis. Vnde de his omnibus fœlicitatibus (quæ vos ad sublimem dignitatem celeriter vocant & extollunt) illud in corde, animo & mente sentio, quod mecum bonos omnes oportet,

quodq;

quodq; maximè cupio Dom. Vestram cogitare. Et quod hæc verba non in labiis natent, Deus est testis, status meus præsens, immortale meritum Vestrum & innumerabilia beneficia in me nihil merentem collata. Redditæ sint semper Deo gratiæ, quoniam indies spargit in personam Vestram majores Gratias, non minus pro salute bonorum, quam pro consolatione devotorum & Vestrorum omnium. Solum mihi in hâc tantâ fælicitate, miserè accidit, quod adeò humilis & depressa sit fortuna mea, ut nulla ex parte Dominationi Vestræ inservire possim. Sed quis novit, an mediante Vestro divino favore non fortuna mutetur, ita ut Veritas per vim & potentiam aliorum, hucusq; viva sepulta, luce pristinâ reviviscere possit? & tandem aliquandò quod mihi reliquum erit vitæ Vestræ Dominationis studio & arbitrio impendatur.

Dom. Vest. Illustriss. & Reverendissimæ

humilis, & devotus Servus

Infælix Eques, LVDOVICVS PETRVCCI.